ITINERA HIEROSOLYMITANA

ET

DESCRIPTIONES TERRAE SANCTAE

BELLIS SACRIS ANTERIORA

&

LATINA LINGUA EXARATA

ſumptibus

SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

ediderunt

AUGUSTUS MOLINIER & CAROLUS KOHLER

II

ITINERUM BELLIS SACRIS ANTERIORUM SERIES CHRONOLOGICA
OCCIDENTALIBUS ILLUSTRATA TESTIMONIIS

I

30-600

GENEVAE

Typis J.-G. Fick

1885

Le premier fascicule des Itinera latina II, qui paraît aujourd'hui, contient les textes relatifs aux six premiers siècles de l'ère chrétienne. Un certain temps devant s'écouler avant que la fin du travail (601-1099) voie le jour, les éditeurs seront extrêmement reconnaissants aux érudits qui voudront bien leur signaler pour cette première partie de nouveaux documents; ces additions, jointes à celles qu'ils ont déjà recueillies en grand nombre, seront données à la fin de l'ouvrage.

Ils doivent faire remarquer qu'ils ont intentionnellement été très sobres de mentions relatives aux faits antérieurs à ste Hélène. C'est en effet à partir de cette époque seulement, que, grâce à la liberté du culte et à l'érection des sanctuaires chrétiens à Jérusalem, commença le grand mouvement religieux qui mit la Palestine en relations fréquentes avec les peuples de l'Occident.

Dans l'énumération des pèlerins et des voyageurs allant en Terre-Sainte et en Syrie, ou quittant ces contrées pour d'autres régions, ils ont volontairement omis: 1° les Apôtres et premiers disciples chrétiens, dont les voyages sont rapportés dans le Nouveau Testament; 2° les martyrs, saints et évêques de Palestine, originaires d'autres parties du monde; 3° les administrateurs romains et byzantins de la Judée et de la Syrie, et, en sens inverse: 1° les moines et les évêques palestiniens ou syriens, se rendant aux conciles des églises d'Orient ou d'Occident, sauf dans le cas où leur présence à ces assemblées n'était pas signalée par les actes des conciles; 2° les papes et évêques d'Occident, d'origine syrienne ou palestinienne.

A. Molinier & Ch. Kohler.

SAECULUM I.

TYPORUM EXPLANATIO.

In Serie *ſequente, diverſa diverſis diſtincta ſunt typis :*

1° *AUCTORES ſeu OPERA, in priore volumine edita.*

2° PEREGRINI, iter in Syriam & Palæſtinam aggreſſi.

3° Geographici, qui de Syria & Palæſtina tractaverunt, *quorumque textus italicis typis impreſſus eſt.*

4° RES QUÆ AD COMMERCIA PALÆSTINAM INTER ET OCCIDENTEM SPECTANT, AUT QUÆ ITINERA HIEROSOLYMITANA, VEL CREBRIORA, VEL RARIORA FACERE POTUERUNT.

Teſtimonia, res iſtas illuſtrantia, minimis typis, latioribus autem diſtinguntur marginibus ; *editorum vero commentaria, eaque rariora, minimis iiſdem typis, ſed italicis.*

Itinera, ſive anno ſive re dubia, aſteriſco uno * , fabuloſa autem duobus ** notata ſunt.

ITINERUM HIEROSOLYMITANORUM

ET

DESCRIPTIONUM TERRAE SANCTAE

BELLIS SACRIS ANTERIORUM

SERIES CHRONOLOGICA

OCCIDENTALIBUS ILLUSTRATA TESTIMONIIS.

* * *

SAECULUM I.

15-25. Strabo. (j)

[Γεωγραφικά, l. XVI, c. 2; ed. Müller, pp. 637-651.]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

30. ** Marchab, Schamschagram, Anan, *legati Abgari, Edesseni principis.* (1)

[Laboubnia, *Hist. de la conversion des Edesséens* (Venise, 1868), 8°, pp. 10-14.]
(Cf. *Itinera diversa.*)

c. 31. ** Matrona *quædam Gallica.* (2)

« Ioannes vero Baptista astu Herodis per Herodiadem, uxorem fratris, in carcerem colligatur. Tunc temporis a

Galliis matrona quædam *Hierosolymis* abierat, pro devotione tantum, ut Domini & Salvatoris nostri præsentiam mereretur. Audivit autem quod beatus Ioannes decollaretur: cursu illuc rapido tendit, datisque muneribus supplicat percussori, ut eam sanguinem defluentem colligere permitteret non arceri. Illo autem percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatoque martyris capite, cruorem devota suscepit: quem diligenter in ampulla positum patriam detulit, & apud Vasatensem urbem, ædificata in eius honore ecclesia, in sancto altari collocavit. »

[Gregorius Turonensis, *De gloria martyrum*, c. 12, ed. Guadet, I, 38.]

c. 40. ** QUILIUS, *rex Britosaxonum, qui Novigentum Codiciacensem reliquias e Terra Sancta attulisse ferebatur.* (3)

« Exinde progrediens, post emensa soli marisque spatia, tandem *Hierosolymitanis* sese mœnibus intulit.... »

[Guibertus de Novigento, *De vita sua*, l. II, c. 1 (Migne, *Patrol. lat.*, CLVI, c. 895).]

43. COTYS, *rex Armeniæ minoris*, & POLEMO, *rex Ponti.* (4)

[Iosephus, *Antiq.*, l. XIX, c. 8, ed. Dindorf, I, 764.]

44. * HELENA, *Adiabenorum regina.* (5)

« Eodem anno imperij eius, fames gravissima per Syriam facta est, quam etiam prophetæ prænuntiaverant; sed Christianorum necessitatibus apud *Hierosolymam*, convectis ab *Ægypto* frumentis, Helena, *Adiabenorum* regina, conversa ad fidem Christi, largissime ministravit..... »

[Paulus Orosius, *Historiæ*, l. VII, c. 6 (Migne, *Patrol. lat.*, XXXI, c. 1075). Cf. s. Hieronymus, *Peregr. Paulæ*, supra, t. I, p. 32.]

(Cf. Iosephus, *Ant. Iud.*, l. XX, c. 2-4; *Bell. Iud.*, l. V, c. 2, 3, 46; l. VI, c. 6, ed. Dindorf, I, 769-776, II, 232, 237, 239, 246, 296; Eusebius Cæsar., *Hist. ecclesiast.*, l. II, c. 12 [Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 165], & *Itinera græca*, I.)

44-46. * APOLLONIUS TYANENSIS. (6)

« Apollonius intravit *Persas*.... & pervenit ad Brachmanas .... inde per *Elamitas*, *Babylonios*, *Chaldæos*, *Medos*, *Assyrios*, *Parthos*, *Syros*, *Phœnices*, *Arabes*, *Palæstinos*, reversus *Alexandriam*..... »

[S. Hieronymus, *Epist. LIII ad Paulinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 541).]

(Cf. Philoſtratus, *In Apollonium*, l. VI, c. 35, ed. Weſtermann, Pariſ., 1849, p. 140, & *Itinera Græca*, I.)

c. 50. Pomponius Mela. (ij)

« Syria *late litora tenet terraſque etiam latius introrſus, aliis aliiſque nuncupata nominibus. Nam &* Cœle *dicitur, &* Meſopotamia, *&* Damaſcene, *&* Adiabene, *&* Babylonia, *&* Iudæa, *&* Colophone. *Hic* Palæſtine *eſt, qua tangit Arabas, tum* Phœnice, *& ubi ſe* Ciliciæ *committit*, Antiochia. *Olim ac diu potens, ſed cum eam regno Semiramis tenuit longe potentiſſima. Operibus certe eius inſignia multa ſunt. Duo maxime excellunt, conſtituta urbs miræ magnitudinis* Babylon, *ac ſiccis olim regionibus* Euphrates *&* Tigris *immiſſi. Ceterum in* Palæſtina *eſt ingens & munita admodum* Gaza *(ſic Perſæ ærarium vocant), & inde nomen eſt, quod cum Cambyſes armis* Ægyptum *peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Eſt non minor* Aſcalon. *Eſt* Iope *ante diluvium (ut ferunt) condita, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolæ adfirmant, quod titulum eius fratriſque Phinei veteres quædam aræ cum religione plurima retinent: quin etiam rei celebratæ carminibus ac fabulis, ſervatæque a Perſeo Andromedæ clarum veſtigium, marinæ belluæ oſſa immania oſtentant.*

« Phœnicen *inluſtravere Phœnices, ſollers hominum genus, & ad belli paciſque munia eximium. Literas & literarum operas aliaſque etiam artes, maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum præliumque commenti. In ea eſt* Tyros, *aliquando inſula, nunc adnexa terris deficit, quod ab inpugnante quondam Alexandro iacta opera vici tenent. Ulterior & adhuc opulenta* Sidon, *antequam a Perſis caperetur maritimarum urbium maxima. Ab ea ad promunturium* Euproſopon *duo ſunt oppida*, Byblos *&* Botrys. *Ultra tria fuerunt, ſingulis inter ſe ſtadiis diſtantia: locus ex numero* Tripolis *dicitur. Tum* Simyra *caſtellum, & urbs non obſcura* Marathos. *Inde iam non obliqua pelago, ſed adverſa adiacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dites circumſident; ſitus efficit: quia regio fertilis, crebris & navigabilibus alveis fluminum pervia, diverſas opes maris atque terrarum facili commercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars* Syriæ, *cui* Antiochiæ *cognomen additur, & in*

ora eius urbes Seleucia, Hypatos, Berytos, Laodicea, Rosos, *amnesque*, *qui inter eas eunt* Lycos, & Hypatos, & Orontes. *Tum mons* Amanus, & *ab eo statim* Myriandros & Cilices. »

[Pomponius Mela, *De situ orbis*, l. I, c. 11-12 (ed. Parthey, Berol., 1867, pp. 18-20).]

c. 55-60. FILII ET FRATRES ISATI, *Adiabenæ regis*. (7)

[Iosephus, *Antiq.*, l. XX, c. 2, *Bell. Iud.*, l. II, c. 19, n. 2, l. VI, c. 6, n. 4, ed. Dindorf, I, 776, II, 132.]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 60. ADIABENITÆ, *funus reginæ Helenæ Hierosolymam afferentes*. (8)

[Iosephus, *Antiq.*, l. XX, c. 4, n. 3, ed. Dindorf, t. I, p. 776; Eusebius, *Hist. eccl.*, l. II, c. 12 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 165).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

60-65. ** S. CLEMENS. (9)

[Pseudo-Clemens, *Clementia*, l. VII, c. 1 & 5, l. VIII, c. 1 & seqq., *Recognitiones*, l. IV, c. 1 & s. (Migne, *Patrol. gr.*, II, c. 218, 219, 226, I, c. 1315 & s.).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

65-69. IUDÆORUM BELLUM CIVILE.

[Iosephus, *Bellum Iud.*, l. IV, c. 3, 4 & 5; *De vita sua*, c. 5-7, ed. Dindorf, I, pp. 794-795, II, pp. 191-206.]

67-69. VESPASIANI BELLUM IN PALÆSTINA; IOTAPATA, GAMALA, GISCALA OPPUGNANTUR.

[Tacitus, *Hist.*, l. I, c. 10, l. V, c. 10, ed. Teubner, II, p. 7; Suetonius, *Vespas.*, c. IV, ed. Teubner, p. 226; Iosephus, *Bellum Iud.*, l. II, c. 7 & 8, l. III, c. 1-10, l. IV, c. 1, ed. Dindorf, II, 145 & s., 182 & s.] Dio Cassius, *Hist. rom.*, l. LXV, c. 8, ed. Sturzius, IV, p. 181.

70. HIEROSOLYMA A TITO CAPITUR ET EVERTITUR.

[Tacitus, *Hist.*, l.V, c. 1, 10-13, ed. Teubner, pp. 179, 184-186; Suetonius, *Titus*, c. 5, ed. Teubner, p. 237; s. Hieronymus, *In Ezechielem*, l. VII, c. 24, *In Sophoniam*, l. II, c. 17, 18 (Migne, *Patr. lat.*, XXV, 227, 1355); s. Ambrosius, *Hist. de exc. Hieros.* (Migne, *Patr. lat.*, XV, 2211); Sulpicius Severus, *Hist. sacra*, l. II, c. 30 (Migne, *Patr. lat.*, XX, 146); Gregorius Tur., *Hist. Francorum*, l. I, c. 24 (ed. Guadet, I, 27); *Vindicta Salvatoris*, c. 16, 17 (*Evangelia apocr.*, ed. Tischendorf, p. 476-478); Iosephus, *Bellum Iudaicum*, l. V, c. 1, l. VII, c. 1,

(ed. Dindorf, II, 229-306) ; Dio Caſſius, *Hiſt. rom.*, l. LXVI, c. 4-7 (ed. Sturzius, IV, 211-217); Appianus, *Hiſt. ſyr.*, c. 50 (ed. Teubner, I, 309); Euſebius, *Hiſt. eccleſ.*, l. III, c. 5 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 221); Georgius Hamartolus, *Chron.*, l. III, c. 128 (Migne, *Patr. gr.*, CX, cc. 451 & ſ.), *qui fuſe de hac re loquitur multaſque prophetias recenſet.*]

71. Ecclesiæ Hierosolymitanæ sedes ad Pellam transfertur.

[Euſebius, *Hiſt. eccl.*, l. III, c. 5 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 221-224) ; ſ. Epiphanius, *Adverſus hæreſes*, l. XXIX, c. 7 (Migne, *Patr. gr.*, XLI, c. 402).]

73. Masada, Iudæorum ultimum præsidium, capitur.

[Ioſephus, *Bell. Iud.*, l. VII, c. 8-9 (ed. Dindorf, II, p. 322-332).]

c. 79 Plinius maior. (iij)

11 (12). *Ultra Peluſiacum* Arabia *eſt*, *ad* Rubrum mare *pertinens*, *& odoriferam illam ac divitem & beatæ cognomine inclutam. Hæc* Cattabanum *&* Eſbonitarum *&* Scenitarum *Arabum vocatur*, *ſterilis*, *præterquam ubi Syriæ confinia attingit*, *nec niſi* Caſio *monte nobilis. His Arabes iunguntur*, *ab oriente Canchlei*, *a meridie Cedrei*, *qui deinde ambo Nabatæis.* Heroopoliticus *vocatur alterque* Ælaniticus *ſinus Rubri maris in Ægyptum vergentis*, *cl. m. paſſuum intervallo inter duo oppida*, Ælana *& in noſtro mari* Gazam. *Agrippa a* Peluſio Arſinoen, *Rubri maris oppidum*, *per deſerta cxxv. m. paſſuum tradit. Tam parvo diſtat ibi tanta rerum naturæ diverſitas.*

12 (13). *Iuxta* Syria *litus occupat*, *quondam terrarum maxuma & pluribus diſtincta nominibus. Namque* Palæſtina *vocabatur qua contingit Arabas*, *&* Iudæa *&* Cœle, *exin* Phœnice, *& qua recedit intus* Damaſcena, *ac magis etiamnum meridiana* Babylonia, *& eadem* Meſopotamia *inter* Euphraten *&* Tigrin, *quaque tranſit* Taurum Sophene, *citra vero etiam* Commagene, *& ultra Armeniam* Adiabene, Aſſyria *ante dicta*, *& ubi* Ciliciam *attingit*, Antiochia. *Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiam cccclxx. m. paſſuum eſt*, *latitudo a* Seleucia Pieria *ad oppidum in Euphrate* Zeugma *clxxv. m. paſſuum. Qui ſubtilius dividunt circumfundi Syria Phœnicen volunt*, *& eſſe oram maritimam Syriæ*, *cuius pars ſit* Idumea *&* Iudæa, *dein* Phœnicen, *dein* Syriam. *Id quod præiacet mare totum* Phœnicium *appellatur ;*

ipſa gens Phœnicum in magna gloria litterarum inventionis & ſiderum, navaliumque ac bellicarum artium.

(14) *A* Peluſio Chabriæ *caſtra*, Caſius mons, *delubrum Iovis Caſij, tumulus magni Pompei.* Oſtracine Arabia *finitur, a Peluſio lxv. m. paſſuum.* (13) *Mox* Idumæa *incipit &* Palæſtina *ab emerſu* Sirbonis *lacus, quem quidam cl. m. paſſuum circuitu tradidere. Herodotus Caſio monti adplicuit, nunc eſt palus modica. Oppida* Rhinocolura *& intus* Raphea, Gaza *& intus* Anthedon, *mons* Argaris. *Regio per oram* Samaria, *oppidum* Aſcalo *liberum,* Azotos, Iamneæ *duæ, altera intus.* Iope Phœnicum, *antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, inſidet collem præiacente ſaxo, in quo vinculorum Andromedæ veſtigia oſtendunt. Colitur illic fabuloſa Ceto. Inde* Apollonia, *Stratonis turris, eadem* Cæſarea, *ab Herode rege condita, nunc* colonia Prima Flavia, *a Veſpaſiano imperatore deducta. Finis Palæſtines clxxxviiij. m. paſſuum a confinio Arabiæ. Dein Phœnice; intus autem* Samariæ, *oppida* Neapolis, *quod antea* Mamortha *dicebatur,* Sebaſte *in monte, & altiore* Gamala.

14 (15). *Supra Idumæam & Samaritin* Iudæa *longe lateque funditur. Pars eius Syriæ iuncta Galilæa vocatur, Arabiæ vero & Ægypto proxuma* Peræa, *aſperis diſperſa montibus & a ceteris Iudæis Iordane amne diſcreta. Reliqua* Iudæa *dividitur in toparchias x., quo dicemus ordine :* Hiericuntem, *palmetis conſitam, fontibus riguam,* Emmaum, Lyddam, Iopicam, Acrebitenam, Gophaniticam, Thamniticam, Betholeptephenen, Orinen, *in qua fuere* Hieroſolyma, *longe clariſſima urbium orientis non Iudææ modo,* Herodium *cum oppido inluſtri eiuſdem nominis.*

15. Iordanes *amnis oritur e fonte* Paniade, *qui cognomen dedit* Cæſareæ *de qua dicemus, amnis amœnus & quatenus locorum ſitus patitur ambitioſus accoliſque ſe præbens, velut invitus* Aſphaltiten *lacum dirum natura petit, a quo poſtremo ebibitur aquaſque laudatas perdit peſtilentibus mixtas. Ergo ubi prima convallium fuit occaſio, in lacum ſe fundit quem plures* Geneſaram *vocant, xvj. m. paſſuum longitudinis, vj. m. latitudinis, amœnis circumſæptum oppidis, ab oriente* Iuliade & Hippo, *a meridie* Tarichea, *quo nomine aliqui & lacum appellant, ab occidente* Tiberiade *aquis calidis ſalubri.*

16. Aſphaltites *nihil præter bitumen gignit, unde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri cameliquc fluitant; inde*

fama nihil in eo mergi. Longitudine excedit c m. paſſuum, latitudine maxima lxxv inplet, minima vj; proſpicit eum ab oriente Arabia Nomadum, *a meridie* Machærus, *ſecunda quondam arx Iudææ ab Hieroſolymis; eodem latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis* Callirrhoe, *aquarum gloriam ipſo nomine præferens.*

17. *Ab occidente litora* Eſſeni *fugiunt uſquequa nocent, gens ſola, & in toto orbe præter ceteras mira, ſine ulla femina, omni venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. In diem ex æquo convenarum turba renaſcitur large frequentantibus, quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctibus agit; ita per ſeculorum milia (incredibile dictu) gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur; tam fecunda illis aliorum vitæ pænitentia eſt. Infra hos* Engada *oppidum fuit, ſecundum ab Hieroſolymis fertilitate palmetorumque nemoribus, nunc alterum buſtum. Inde* Maſada *caſtellum in rupe & ipſum haut procul Aſphaltite. Et hactenus Iudæa eſt.*

18 (16). *Iungitur ei latere Syriæ* Decapolitana *regio numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant, plurimum tamen* Damaſcum *epoto riguis amne* Chryſorrhoa *fertilem,* Philadelphiam, Raphanam, *omnia in Arabiam recedentia,* Scythopolim, *antea* Nyſam, *a Libero Patre ſepulta nutrice ibi Scythis deductis,* Gadara, Hieromice *præfluente, & iam dictum* Hippon, Dion, Pellam *aquis divitem,* Galaſam, Canatham. *Intercurſant cinguntque has urbes tetrarchiæ, regnorum inſtar ſingulæ, & regna contribuuntur,* Trachonitis, Panias, *in qua* Cæſaræa *cum ſupra dicto fonte,* Ambila, Arca, Ampeloeſſa, Gabe.

19 (17). *Hinc redeundum eſt ad oram atque* Phœnicen. *Fuit oppidum* Crocodilon, *eſt flumen; memoria urbium* Dorum, Sycaminum, *promunturium* Carmelum *& in monte oppidum eodem nomine, quondam* Acbatana *dictum. Iuxta* Getta, Geba, *rivus* Pacida *ſive* Belus *vitri fertilis harenas parvo litori miſcens. Ipſe e palude* Cendevia *a radicibus Carmeli profluit, iuxta colonia Claudi Cæſaris* Ptolemais *quæ quondam* Acce; *oppidum* Ecdippa, *promunturium* Album. Tyros, *quondam inſula præalto mari dcc. paſſibus diviſa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara urbibus genitis* Lepti, Utica, *& illa Romani imperij æmula terrarumque orbis avida* Carthagine, *etiam* Gadibus *extra orbem conditis; nunc omnis eius nobilitas conchylio atque*

purpura constat. Circuitus xix m. passuum est, intra Palætyro *inclusa; oppidum ipsum xxij stadia optinet. Inde* Idæa *&* Sarepta *&* Ornithon *oppida &* Sidon *artifex vitri* Thebarumque Bœotiarum *parens.*

20. *A tergo eius* Libanus *mons orsus m d stadiis* Zimyram *usque porrigitur, quæ* Cœles Syriæ *cognominatur. Huic par interveniente valle mons adversus* Antilibanus *obtenditur, quondam muro coniunctus; post eum introrsus* Decapolitana *regio prædictæque cum ea tetrarchiæ &* Palæstines *tota laxitas. At in ora autem subiecta Libano fluvius* Magoras, Berytus *colonia quæ* Felix Iulia *appellatur,* Leontos *oppidum, flumen* Lycos, Palæbyblos, *flumen* Adonis, *oppida* Byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos, Tripolis *quam Tyrij & Sidonij & Aradij optinent,* Orthosia, Eleutheros *flumen, oppida* Zimyra, Marathos *contraque* Arados *vij stadiorum oppidum & insula cc passibus a continente distans. Regio, in qua supradicti desinunt montes, & interiacentibus campis* Bargylus *mons incipit.*

(18) *Hinc rursus Syria, desinente Phœnice; oppida* Carne, Balanea, Paltos, Gabala, *promunturium in quo* Laodicea *libera,* Dipolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.

21. *Dein promunturium* Syriæ Antiochiæ; *intus ipsa* Antiochia *libera,* Epidaphnes *cognominata.* Oronte *amne dividitur, in promunturio autem* Seleucia *libera* Pieria *appellata.*

[Plinius, *Historia naturalis*, l. V, c. 12-14, ed. Teubner, I, pp. 196-200.]

86-93. Dionysius Dionysii Lybissensis. (iv)

[Οἰκουμενῆς περιηγήσις (Müller, *Geographi græci minores*, II, p. 159-165).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

cc. a. 94. Flavius Iosephus. (v)

[1. Περὶ τοῦ Ἰουδαικοῦ πολέμου ἢ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας περὶ ἁλώσεως, passim. 2. Ἰουδαικὴ Ἀρχαιολογία, passim. 3. Φλ. Ἰωσηπου Βίος. (Edit. Dindorf, Parisiis, Didot, 2 vol. 8°, 1865).]

(Cf. *Itinera græca* I).

f. I. ** PATRONICEA AUGUSTA & FILIÆ EIUS, *quas Armenij primas ſ. Crucem inveniſſe contendunt.* (10)

[Laboubnia, pp. 19-25.]

(Cf. *Itinera diverſa.*)

SAECULUM II.

SAECULUM II.

106-114. Christianorum in Syria sub Traiano persecutio. (?)
[Eusebius, *Hist. eccl.*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 281-284); Sim. Metaphrastes, *Acta s. Ignatij Theophori* (lat. vers. ap. *AA. SS. Boll.*, Febr. I, 24-26). Cf. *AA. SS. Boll.*, Febr. III, 53-55.]

128. Christianorum sub Hadriano persecutio. (?)
[*AA. SS. Boll.*, Iul. IV, p. 10, & Oct. VIII, p. 8 (*De s. Herone*, ep. Ant); *Ibid.*, Mai I, p. 443 (*De s. Quiriaco*, ep. Hieros.).]

132. Iudæi in Palæstina, duce Barcocheba, rebellantur.
[Spartianus, *In Hadrianum*, c. 14 (*SS. hist. August.*, ed. Teubner, p. 14); Paulus Orosius, *Hist.*, l. VII, c. 13 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1092). — Dio Cassius, *Hist. Romana*, l. LXIX, c. 13-14, ed. Sturzius, IV, pp. 373-374; Eusebius, *Hist. eccl.*, l. IV, c. 6-8 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 309, 324).]

136. Hierosolyma, ab Hadriano capta, Æliæ capitolinæ nomen accipit, introitu eius Iudeis interdicto.
[Tertullianus, *Adv. Iudæos*, c. 13, *Apolog.*, c. 21 (Migne, *Patr. lat.*, II, c. 634, I, c. 392); s. Hieronymus, *Epistolæ*, LVIII, c. 3, CVIII, c. 9; *In Isaiam*, l. I, c. 2, vers. 9, l. III, c. 7, vers. 1,2; *In Ieremiam*, l. IV, c. 19, vers. 10, 11; *in Ezechielem*, c. 24; *In Danielem*, c. 9; *In Ioelem*, c. 1; *In Sophoniam*, c. 1; *In Zachariam*, l. III, c. 11; *In Mattheum*, l. IV, c. 24, v. 15 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 581, 883, XXIV, c. 40, 101, 802, XXV, c. 227, 552, 952, 1354-1355, 1501, XXVI, c. 177); Sulp. Severus, *Hist. sacra*, l. II, c. 31 (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 146); Paulus Orosius, *Historiæ*, l. VII, c. 13 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1092); Nicolaus I, papa, *Responsa ad consulta Bulgarorum*, c. 92 (Migne, *Patr. lat.*, CXIX, c. 1012). — Dio Cassius, *Hist. rom.*, l. LXIX, c. 12, ed. Sturzius, IV, p. 371; Appianus, *Hist. Syr.*, c. 50, ed. Teubner, I, 309;

Euſebius, *Hiſt. eccleſ.*, l. II, c. 12, l. IV, c. 6, l. V, c. 12; *Demonſtrat. evangel.*, l. VI, c. 18 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 165, 316, 457, XXII, c. 453); ſ. Epiphanius, *De ponderibus & menſuris*, c. 14 (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 259-262); ſ. Iohannes Chryſ., *Adverſ. Iudæos*, V, c. 11 (Migne, *Patr. gr.*, XLVIII, 900); Philoſtorgius, *Hiſt. eccleſ.*, l. VII, c. 11 (ed. H. de Valois, Par. 1673, p. 507); Socrates, l. I, c. 17; Sozomenus, *Hiſt. eccl.*, l. II, c. 1 (Migne, *Patrol. gr.*, LXVII, c. 218, 930); Baſilius Seleuc., *Oratio*, XXXVIII, c. 8 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXV, c. 410); *Chron. Paſchale*, 224 olymp., ed. Bonn., I, p. 474; Math. Blaſtares, *Syntagma alphabeticum*, c. 11 (Migne, *Patr. gr.*, CXLIV, c. 1278).]

137 AQUILA, SINOPENSIS, *AEliæ Capitolinæ exſtruendæ ab Hadriano præpoſitus.* (11)

[S. Epiphanius, *De ponder. & menſuris*, c. 14 (Migne, *Patrol. gr.*, XLIII, c. 259, 262); *Chron. Paſch.*, ed. Bonn., p. 476; cf. Munk, *Paleſtine*, p. 607.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

138. NARCISSUS, EPISCOPUS HIEROSOLYMITANUS, AQUAM IN OLEUM TRANSMUTAT.

[Euſebius Cæſar., *Hiſt. eccleſ.*, l. VI, c. 9 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 537; Cedrenus, *Hiſt. compend.*, ed. Bonn., I, p. 450; Nicephorus Call., *Hiſt. eccl.*, l. V, c. 9 (Migne, *Patr. gr.*, CXLV, c. 1083).]

138. GENS TOTA IUDÆORUM AD QUERCUS MAMBRE MERCATUM, IUBENTE HADRIANO, VENUMDATUR.

[S. Hieronymus, *In Ierem.*, l. VI, c. 31; *In Zachariam*, l. III, c. 11 (Migne, *Patr. lat.*, XXIV, c. 877, XXV, c. 150).]

138. MARCUS, PRIMUS EX GENTILIBUS HIEROSOLYMITANUS EPISCOPUS, SEDEM AD ÆLIAM CAPITOLINAM E PELLA REDUCIT.

[Euſebius, *Hiſt. eccl.*, l. III, c. 5 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 221); cf. l. IV, c. 6 & l. V, c. 12 (*Ibid.* c. 316, 457); ſ. Epiphanius, *De ponderibus & menſuris*, c. 15 (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 262).]

v. 145 IUSTINUS NEAPOLITANUS. (12)

[Iuſtinus, *Apologia I pro chriſtianis*, c. 34; Idem, *Dial. cum Tryphone*, c. 78 (Migne, *Patr. gr.*, VI, 658, 383).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 150 Claudius Ptolemæus. (vj)

[Γεωγραφίκη ὑφηγήσις, l. V, c. 14-15 (ed. Wilberg, Essend., 1838, pp. 363-376).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 170 MELITO, *Sardensis episcopus.* (13)

[Eusebius, *Hist. eccl.*, l. IV, c. 26 (Migne, *Patr. gr.*, XX, 396).]

184. SAMARITANI, PARTES PESCENNII NIGRI SECUTI, A SEPTIMO SEVERO DEBELLANTUR.

[Spartianus, *In Sever.*, c. 9 (*SS. Hist. Aug.*, ed. Teubner, p. 131); Herodianus, *Historiæ post Marcum*, l. III, c. 4, 5, ed. Teubner, p. 74-76. — Dio Cassius, *Hist. rom.*, l. LXXV, c. 1, 9-13, ed. Sturzius, IV, pp. 577, 594-597.]

c. 196 CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM, *cui plures interfuerunt episcopi, Narcisso, Hierosolymitano episcopo, præsidente.* (14)

[Mansi, *Concilia*, I, c. 726; cf. I, 603, 617.]

SAECULUM III.

SAECULUM III.

202. Validissima christianorum in Palæstina et Syria sub Sept. Severo persecutio.

[Spartianus, *Severus*, c. 17 (*SS. hist. Aug.*, ed. Teubner, I, p. 137); P. Orosius, *Hist.*, l. VII, c. 17 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1103; s. Hieronymus, *De viris ill.*, c. LII (*Ibid.*, XXIII, c. 695). Sulp. Severus, *Hist. sacra*, l. II, c. 32 (*Ibid.*, XX, c. 147); Theodoricus Pauli, *Liber bellorum Domini* (*AA. SS. Boll.*, Mai III, xj); — Eusebius, *Hist. eccl.*, l. VI, c. 1, 2, 7, 11 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 521, 523, 536, 543); *Chron. Pasch.*, ed. Bonn., II, p. 496; cf. *AA. SS. Boll.*, Iul. IV, p. 14, Oct. VIII, p. 313.]

c. 205 Achadabues, *episcopus Seleuciæ.* (15)

[Gregorius Bar Hebræi (Abulfaragius) *Historia patriarcharum Iacobitarum* (Assemanus, *Biblioth. Orientalis*, II, p. 396).]
(Cf. *Itinera arabica.*)

212 S. Alexander Flavianus, *Cappadociæ, postea Hierosolymitanus episcopus, qui bibliothecam in urbe sancta fundavit* & Clemens, *presbyter.* (16)

« Alexander, episcopus *Cappadociæ*, cum desiderio sanctorum locorum *Hierosolymam* pergeret, & Narcissus episcopus eiusdem urbis iam senex regeret ecclesiam... »

[S. Hieronymus, *De viris illustribus*, c. 62 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 710).]

« Natalis b. Alexandri episcopi, qui de *Cappadocia* ex propria civitate sancto desiderio *Hierosolymam* veniens, divina revelatione eiusdem loci gubernaculum suscepit, & post senectutem ductus *Cæsaream*, in persecutione Decij ob confessionem Christi martyrium complevit... »

[Ufuardus, *Martyrologium* (*AA. SS. Boll.*, Mart. II, 614); cf. Ado, *Martyr.* (*Ibid.*, p. 614).]

« Alexander, cum *Hierofolymam* adorandi & fanctorum locorum videndi gratia properavit, revelatum eft beato viro Narciffo, fibi & aliis de plebe, ut ipfum in loco fancto epifcopum detinerent. »

[*Gefta epifcoporum Hierofolimitanorum* (Delpit, *Effai fur les pèlerinages à Jérufalem*, p. 19, ex mf. Caduinenfi).]

(Cf. Eufebius, *Hift. eccl.*, l. VI, c. 11 & 20; Nicephorus Calliftus, *Hift. eccl.*, l. V, c. 9 & 10 [Migne, *Patr. gr.*, XX, 541, 572, CXLV, c. 1083-1090].)

(Cf. *Itinera græca*, I.)

217 CLEMENS, *epifcopus Alexandrinus.* (17)

« Exftat Alexandri, *Hierofolymorum* epifcopi, qui cum Narciffo poftea rexit ecclefiam, epiftola fuper ordinatione Afclepiadis confefforis ad Antiochenfes, congratulantis eis, in qua ponit in fine : « Hæc vobis, domini ac fratres, fcripta « tranfmifi per Clementem beatum prefbyterum, virum illuf« trem & probatum, quem vos quoque fcitis, & nunc plenius « recognofcetis, qui cum huc veniffet iuxta providentiam & « vifitationem Dei, confirmavit & auxit Domini ecclefiam. »

[S. Hieronymus, *De viris illuftribus*, c. 38 (Migne, *Patrol. lat.*, XXIII, c. 687).]

225 **MULIER *quædam e Cappadocia, quæ fe a dæmonibus in Hierofolymam pluries tranflatam afferebat.* (18)

[Firmilianus, *Epift. ad f. Cyprianum* (S. Cyprianus, *Epift.* 75, ed. Oxon., II, 222).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 230 S. FIRMILIANUS, *epifcopus Cæfarienfis.* (19)

« Quantæ autem gloriæ fuerit [Origenes], hinc apparet, quod Firmilianus, *Cæfareæ* epifcopus, cum omni *Cappadocia* eum invitavit, & diu tenuit, & poftea fub occafione fanctorum locorum *Palæftinam* veniens, diu *Cæfareæ* in fanctis Scripturis ab eo eruditus eft. »

[S. Hieronymus, *De viris illuft.*, c. 54 (Migne, *Patrol. lat.*, XXIII, p. 699).]

(Cf. Eufebius, *Hift. eccl.*, l. VI, c. 27 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 583) & *Itinera græca*, I.)

c. 230 ORIGENES. (20)

« Et cum iam mediæ eſſet ætatis, & propter eccleſias *Achaiæ*, quæ pluribus hæreſibus vexabantur, ſub teſtimonio eccleſiaſticæ epiſtolæ *Athenas* per *Palæſtinam* pergeret, a Theoctiſtore & Alexandro, *Cæſareæ* & *Hieroſolymorum* epiſcopis, preſbyter ordinatus, Demetrij offendit animum... »

[S. Hieronymus, *De viris illuſtribus*, c. 54 (Migne, *Patrol. lat.*, XXIII, c. 665).]

(Cf. Origenes, *Comment. in Iohann.*, l. VI, c. 24; Euſebius, *Hiſt. eccl.*, l. VI, c. 20 (Migne, *Patr. gr.*, XIV, c. XX, c. 572) & *Itinera græca*, I.)

241. SAPOR I, PERSARUM REX, SYRIAM DEPOPULATUR.

[Iulius Capitolinus, *Gordiani tres*, c. 26 (*SS. hiſt. Aug.*, ed. Teubner, II, p. 46). — Agathias, l. IV, c. 24, ed. Bonn., p. 259.]

249-251. CHRISTIANORUM IN SYRIA ET PALÆSTINA, SUB DECIO PERSECUTIO.

[S. Hieronymus, *De SS. eccleſ.*, c. 62 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 710). — Euſebius, *Hiſt. eccl.*, l. VI, c. 39 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 600); *Acta ſ. Babylæ* (*AA. SS. Boll.*, Ian. II, p. 571); ſ. Epiphanius, *De ponder. & menſ.*, c. 18 (Migne. *Patr. gr.*, XLIII, c. 263). — Cf. *AA. SS. Boll.*, Mart. II, p. 615, Mai III, p. 13, Iul. IV, p. 16 (*De ſſ. Babyla Antiocheno & Alexandro Hieroſolymitano*).]

c. 250 Solinus (C. I.) (vij)

..... Iudæa *inluſtris eſt aquis, ſed natura non eadem aquarum omnium.* Iordanis *amnis eximiæ ſuavitatis*, Paneade *fonte dimiſſus, regiones præterfluit amœniſſimas; mox in* Aſphaltitem *lacum merſus ſtagno corrumpitur. Qui* Aſphaltites *gignit bitumen, animal non habet, nihil in eo mergi poteſt: tauri etiam cameliqne inpune ibi fluitant. Eſt & lacus* Sara *extentus paſſuum ſedecim milibus, circumſæptus urbibus plurimis & celebribus, ipſe par optimis. Sed lacus* Tiberiadis *omnibus anteponitur, ſalubris ingenuo æſtu & ad ſanitatem uſu efficaci.* Iudææ *caput fuit* Hieroſolyma, *ſed exciſa eſt. Succeſſit* Hierichus*: & hæc deſivit, Artaxerxis bello ſubacta.* Callirrhoe Hieroſolymis *proxima, fons calore medico probatiſſimus & ex ipſo aquarum præconio ſic vocatus.*

In hac terra balſamum naſcitur, quæ ſilva intra terminos viginti iugerum uſque ad victoriam noſtram fuit: at cum Iudæa

potiti ſumus, ita luci illi propagati ſunt, ut iam nobis latiſſimi colles ſudent balſama. Similes vitibus ſtirpes habent: malleolis digeruntur, raſtris niteſcunt, aqua gaudent, amant amputari, tenacibus foliis ſempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro ſine mora moritur: ea propter aut vitro aut cultellulis oſſeis, ſed in ſola cortice artifici plaga vulneratur, e qua eximiæ ſuavitatis gutta manat. Poſt lacrimam ſecundum in pretiis locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus honos ligno.

Longo ab Hieroſolymis *receſſu triſtis ſinus panditur, quem de cælo tactum teſtatur humus nigra & in cinerem ſoluta; ibi duo oppida,* Sodomum *nominatum alterum, alterum* Gomorrum, *apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet ſpeciem maturitatis, mandi tamen non poteſt: nam fuliginem intrinſecus favillaciam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi preſſa tactu fumum exhalat & fatiſcit in vagum pulverem.*

Interiora Iudææ *occidentem quæ contuentur* Eſſeni *tenent, qui memorabili diſciplina receſſerunt a ritu gentium univerſarum, maieſtatis ut reor providentia ad hunc morem deſtinati; nulla ibi femina: venere ſe penitus abdicaverunt, pecuniam neſciunt, palmis victitant; nemo ibi naſcitur nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipſe addictus pudicitiæ eſt, ad quem plurimi licet undique gentium properent; nullus admittitur, niſi quem caſtitatis fides & innocentiæ meritum proſequatur: nam qui reus eſt vel levis culpæ, quamvis ſumma ope adipiſci ingreſſum velit, divinitus ſubmovetur. Ita per inmenſum ſpatium ſæculorum, incredibile dictu, æterna gens eſt ceſſantibus puerperiis.* Engada *oppidum infra* Eſſenos *fuit, ſed exciſum eſt, verum inclitis nemoribus adhuc durat decus luciſque palmarum eminentiſſimis nihil vel de ævo vel de bello derogatum.* Iudææ *terminus* Maſſada *caſtellum.*

Tranſeo Damaſcum, Philadelphiam, Rhaphanam: Scythopoli *primos incolas & auctorem dabo. Liber pater, cum humo nutricem tradidiſſet, condidit hoc oppidum, ut ſepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret; incolæ deerant, e comitibus ſuis Scythas delegit, quos ut animi firmaret ad promptam reſiſtendi violentiam, præmium loci nomen dedit. In* Seleucia *alter* Caſſius *mons eſt,* Antiochiæ *propinquus, cuius e vertice vigilia adhuc quarta conſpicitur globus ſolis & brevi corporis circumactu radiis*

caliginem dissipantibus illinc nox, hinc dies cernitur; talis e Cassio *specula est, ut lucem prius videas quam auspicetur dies.*

[C. Iulius Solinus, *Collectanea rerum memorabilium*, ed. Th. Mommsen, pp. 171-174.]

258. SAPOR I, PERSARUM REX, ANTIOCHIAM INCAUTAM EXPUGNAT.

[Amm. Marcellinus, l. XXIII, c. 5, ed. Teubner, p. 316; Zozimus, *Hist. eccl.*, l. III, c. 32, ed. Bonn., p. 169.]

264. CONCILIUM ANTIOCHENUM I.

[Mansi, *Concilia*, I, p. 863-919.]

280 *Itinerarium Antonini Augusti.* (viij)

A Germanicia per Dolicham & Zeugma Edissam usque:

. . . .	mpm. lxxxvij (*sic*).
Sicos Basilisses	mpm. xx.
Dolicha	mpm. x.
Zeugma	mpm. xij.
Bemmaris	mpm. xx.
Edissa	mpm. xxv.
Item a Germanicia per Samosatam . .	
Edissa	mpm. lxx (*sic*).
In Catabana	mpm. xv.
Nisus	mpm. xvj.
Tharse	mpm. xiiij.
Samosata leg. vij	mpm. xiij.
Edissa	mpm. xij.
Item ab Antiochia Emesa	mpm. cxxxiij (*sic*).
Niaccaba	mpm. xxv.
Caperturi	mpm. xxiiij.
Apamia	mpm. xx.
Larissa	mpm. xvj.
Epiphania	mpm. xvj.
Arethusa	mpm. xvj.
Emesa	mpm. xvj.

Item ab Arabiſſo Muzana	mpm. xlviij (*ſic*).
In medio	mpm. xxij.
Muzana	mpm. xxvj.
Item a Germanicia Ediſſa	mpm. lxxxiiij (*ſic*).
Sicos Baſiliſſes	mpm. xv.
Dolicha	mpm. xv.
Zeugma	mpm. xiiij.
Cannaba.	mpm. xiij.
In medio	mpm. xij.
Ediſſa	mpm. xv.
Item a Cyrro Ediſſa	mpm. xcij (*ſic*).
Ciliza ſive Urmagiganti	mpm. xij.
Abarara	mpm. x.
Zeugma	mpm. xxij.
Bemmari Canna	mpm. xl.
Bathnas Mari	mpm. viij.
Ediſſa	mpm. x.
Item a Nicopoli Ediſſa	mpm. cxxxvij (*ſic*).
Aliaria	mpm. xiij.
Gerbediſſo	mpm. xv.
Dolicha	mpm. xx.
Zeugma	mpm. xxiiij.
Canaba	mpm. xxv.
In medio	mpm. xxij.
Ediſſa.	mpm. xviij.
Item a Callicome Ediſſa	mpm. lxxxv (*ſic*).
Bathnas	mpm. xxiiij.
Hierapoli.	mpm. xxj.
Thilaticomum	mpm. x.
Bathnas	mpm. xv.
Ediſſa	mpm. xv.
Item a Carris Hierapoli	mpm. lxxxiij (*ſic*).
Bathnas	mpm. xxx.

Thilaticomum. . . . . mpm. xxij.
Hierapoli . . . . mpm. xxxj.

Item a Cyrro Emesa . . . . . . mpm. clj *(sic)*.
Minnicam. . . . . mpm. xx.
Beroa . . . . mpm. xxij.
Calcida . . . . mpm. xviij.
Arra . . . . mpm. xx.
Capareas . . . . mpm. xxiij.
Epiphania. . . . . mpm. xvj.
Arethusa . . . . mpm. xvj.
Emesa . . . . mpm. xvj.

Item a Dolicha Seriane . . . . . mpm. cxxxviij *(sic)*.
Hanunea . . . . mpm. xxv.
Cyrro . . . . mpm. xxiiij.
Minnica . . . . mpm. xxiiij.
Beroa . . . . mpm. xx.
Calcida . . . . mpm. xv.
Androna . . . . mpm. xxvij.
Seriane. . . . . mpm. xviij.

Item a Callicome Larissa. . . . . mpm. lxxviiij *(sic)*.
Calcida . . . . mpm. xviij.
Temmeliso. . . . . mpm. xx.
Apamia . . . . mpm. xxv.
Larissa . . . . mpm. xvj.

Item ab Eumari Neapolim . . . . mpm. ccxxvij *(sic)*.
Geroda. . . . . mpm. xl.
Thelseæ. . . . . mpm. xvj.
Damasco . . . . mpm. xxiiij.
Aere. . . . . mpm. xxxij.
Neve . . . . mpm. xxx.
Capitoliada . . . . mpm. xxxvj.
Gadara . . . . mpm. xvj

Scytopoli	mpm. xvj.
In medio	mpm. x.
Neapoli	mpm. vij.
Item a Seriane Scytopoli	mpm. cccxviij (*sic*).
Salaminiada	mpm. xxxij.
Emesa	mpm. xviij.
Laudicia	mpm. xviij.
Libo	mpm. xxxij.
Heliupoli	mpm. xxxij.
Abila	mpm. xxxviij.
Damasco	mpm. xviij.
Aere	mpm. xxxij.
Neve	mpm. xxx.
Capitoliada	mpm. xxxvj.
Gadara	mpm. xvj.
Scytopoli	mpm. xvj.
Item a Cæsarea Eleutheropolim . . .	mpm. lxxvij (*sic*).
Betaro.	mpm. xxxj.
Diospoli	mpm. xxviij.
Eleutheropoli	mpm. xviij.
Item a Damasco Emesa	mpm. clij (*sic*).
Abila	mpm. xxxviij.
Heliupoli	mpm. xxxij.
Conna	mpm. xxxij.
Laudicia	mpm. xxxij.
Emesa	mpm. xviij.
Item a Neapoli Ascalona	mpm. lxxiiij (*sic*).
Aelia . . . . : .	mpm. xxx.
Eleutheropoli.	mpm. xx.
Ascalona	mpm. xxiiij.

[*Itinerarium Antonini*, ed. Pinder & Parthey (Berolini, 1848, in-8, pp. 83-91).]

c. 290 *NICOLAUS, *episcopus Myrensis.* (21)

[*Vita & conversatio s. Nicolai*, græc. (Falconius, *S. Nicolai acta primigenia*, Neap., 1751, in-f., p. 4); Sim. Metaphrastes, *Vita s. Nicolai*, c. 8 (Migne, *Patr. græca*, CXVI, c. 328).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 290 NIAPHOR, *armena quædam ex urbe Dovin mulier*, IOBENAL & *eius soror* SOSANA, *s. Ninonis mater, ex urbe Colastra.* (22)

[*Hist. de Géorgie*, tr. Broffet, I, pp. 90, 93, 104.]

(Cf. *Itinera diversa.*)

c. 295. S. ANTONIUS MAGNUS CONTRA PEREGRINATIONES LOQUITUR.

[S. Athanasius, *Vita s. Antonij*, l. V, c. 32 (cuius vers. lat. exstat ap. *AA. SS. Boll.*, Ian. II, 125).]

ant. an. 297. ABD-KELAL, REX HOMERITARUM, FIT CHRISTIANUS.

[Vide *AA. SS. Boll.*, Oct., X, p. 674: *Comment. præv. de s. Aretha*, § 4, *ubi orientalium quorumdam scriptorum nomina reperies qui de conversione Abd-Kelal ad fidem christianam locuti sunt.*]

299, sept. 11. MARCELLINUS PAPA UNIVERSIS EPISCOPIS PER ORIENTALES PROVINCIAS CONSTITUTIS SCRIBIT.

[Mansi, *Concilia*, I, col. 1241; Jaffé, ed. 2a, n. 159.]

ant. an. 300. *VIR ET MULIER QUIDAM, HILARIÆ, S. AFRÆ MATRIS, PARENTES, EX CYPRO AUGUSTAM GERMANIÆ ADEUNT.

[*Acta s. Afræ*, c. I, § 8 (*AA. SS. Boll.*, Aug., II, p. 55).]

** c. 300. S. TIMOTHEUS EX ANTIOCHIA ROMAM ADIT.

[Beda, *Martyrologium*, ad d. 22 Aug. (Migne, *Patr. lat.*, XCIV, c. 1013); *Acta s. Timothei apocrypha*, ex *Vita s. Sylvestri I, papæ* (*AA. SS. Boll.*, Aug., IV, p. 534). — *Incertissimum est tempus quo Timotheus Romam adierit; ex diversis enim fontibus rem narrantibus* (v. *AA. SS. Boll.*, *Comment. præv. de s. Timotheo*, ibid., p. 530), *alij sub Miltiade papa* (311-314), *alij Sylvestro papa, qui circa an.* 270 *natus est, adhuc puero, illum hoc iter suscepisse significant.*]

300-333. HERMON ET MACARIUS, HIEROSOLYMITANI EPISCOPI, AD VARIAS GENTES EPISCOPOS ABLEGANT AD PRÆDICANDUM DEI VERBUM.

[*Acta ss. Ephræm, Basilei & sociorum* ex *Menæis Græcorum* & Maximo, ep. Cytheræo (*AA. SS. Boll.*, Mart., I, p. 642).]

s. III. **PATRES SYRI DUODECIM ANASTASIUS, EUTITIUS & BRICTIUS, FILIUS EIUS, IOANNES, THEUDILA, ISAAC, ABUNDIUS, CARPOPHORUS, LAURENTIUS, PROCULUS, HERCULANUS & BARACTALIS ITALIAM ADEUNT.

[Cf. AA. SS. Boll., Tract. prælim., ad t. I, Iulij, *ubi multa de tempore adventus patrum Syrorum in Italiam reperies. Quorum patrum aliqui non tertio, sed potius sexto, ut videtur, sæculo vixerunt.* Cf. infra, circa an. 530.]

s. III S. IOHANNES *Edessenus, socius Cyri, martyr sub Diocletiano.* (23)

[*Vita ss. Cyri & Iohannis*, c. III, § 11 (cuius lat. vers. ap. *AA. SS. Boll.*, Ian. II, p. 1086); cf. Basilius imperator, *Menologium*, ad d. 31 Ian., pars II, c. 147 (Migne, *Patr. gr.*, CXVII, c. 288).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

s. III *Stadiasmus Maris Magni.* (ix)

[*Geographi græci minores*, ed. Müller, I, pp. 472-476.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

SAECULUM IV.

SAECULUM IV.

303-304 **S. ANTONINUS, *martyr*, & IOHANNES *preſbyter*, *ambo Placentini*. (24)

« Igitur hunc Antoninum, martirem Chriſti, ferunt quodam tempore *Placentinæ* urbis finibus egreſſum, atque Orientales pertranſiſſe provincias, multaque in eiſdem provinciis eum miracula vidiſſe ſcriptum reperimus. »

[*Paſſionarium*, ſæc. XI ſcript. (Mediol., Bibl. Ambroſ., E, 22).]

« Sanctus Antoninus, verus Chriſti alumpnus a Spiritu Sancto imbutus, qualiter in domo Dei debebat converſari, coadunatis fratribus & diſcipulis multis egreſſus eſt *Placentiam*, deſiderans videre mirabilia, quæ operatus eſt Deus, homo factus pro noſtra ſalute in Iudæorum patria. Pergens itaque ſecurus, quia vallabat eum a dextris & a ſiniſtris munitiſſimus murus . . . .

« Taliter & iocundius quam cogitari vel fari poſſit vivens, ignotam pertranſeundo patriam, exul venit *Hieroſolymam*. Ibique per plures degens dies, loca ſanctorum circumquaque perluſtrans, promeruit conſequi divinam gratiam ... Inſpectis tantorum locorum inhiantibus ſignis . . . Volens autem adhuc procul ire, collectis quam plurimis ſodalibus, pervenit ad montem *Synay*. Inter reliqua vero quæ inſpexit, mirabile dictu! erat ibi marmorea ſtatua nive candidior, effigiem hominis exprimens, cui dum profano ritu ſacrificia ſpurcentiſſima & abhominabilia miniſtri nequitiarum offerrent, tetra ut pix efficiebatur, ut autem ceſſabant, in proprium redibat colorem. Credo non id poſſe fieri abſque preſentia Dei . . . . .

« Flante placido auſtro, fugatoque aquilone, una cum ſuis noſter cumcivis ſanctus & a Deo carus Antoninus reverſus eſt ad civitatem *Placentiam*. »

[Iohannes, archid. Placentinus (ſ. XI), *Tract. de invent. corporis ſ. Antonini mart.*, lect. vij-viij (Placent., Bibl. cathedr., cod. n. 63, m. ſ. XIII), quem exſcripſerunt *Geſta ſſ. Anton. & Opilij* (*Ibid.*, *Archiv. ſ. Anton.*, cod. E, membr. ſ. XIII, ff. 23-24).]

« Atque haud ita multo poſt, adhibito ſibi comite Iohanne, Placentino preſbytero, in... etiam orbis terræ partes & præſertim in ſanctiſſima *Hieroſolymitana loca* peregrinationem pie ac religioſe ſuſcepit. Verum, Iohanne ipſo iam mortuo & *Capharnaum* urbe, ſacrarum litterarum monumentis celebrata, ſepulto, *Placentiam* regreſſus eſt. »

[*Acta ſ. Antonini ſpuria* (*AA. SS. Boll.*, Iul. II, p. 18).]

303-310. CHRISTIANORUM IN SYRIA SUB DIOCLETIANO PERSECUTIO.

[Euſebius, *De martyribus Palæſtinæ*, c. 1; idem, *Hiſt. eccl.*, l. VIII, c. 1 & ſ.; Nicephorus Calliſtus, *Hiſt. eccl.*, l. VII, c. 3 & ſ. (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1460 & 740, CXLV, c. 1210).]

c. 310 PEREGRINI, *qui Hieroſolymam vel Bethleem petere conſueverant.* (25)

[Euſebius, *Vita Conſtantini*, l. III, c. 28. *Demonſtratio evangelica*, l. VI, c. 18, l. VII, c. 2 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1088, XXII, c. 457, 540); Eutychius, *Annales*, ed. Pococke, I, 352.]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diverſa*, I.)

c. 314. CONCILII LAODICENSIS DECRETUM DE CLERICIS PRÆTER IUSSIONEM EPISCOPI AD PEREGRINANDUM NON PROFECTURIS.

[*Conc. Laodic.*, can. 41 & 42 (Manſi, *Concil.*, II, 571).]

319. CHRISTIANORUM IN SYRIA, SUB LICINIO, PERSECUTIO.

[Euſebius, *Hiſt. eccl.*, l. X, c. 8 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 893).]

c. 320 Euſebius Pamphilus. (x)

[1° Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ Θείᾳ Γραφῇ (ed. Larſow & Parthey, Berol., 1862, in-8); 2° Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1457), cuius ſyriacum textum anglice vertit W. Cureton ſub titulo : *Hiſtory of the martyrs in Paleſtine* (Lond., 1861, in-8).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 320 S. TRIPHYLLIUS, *poſtea epiſcopus Nicoſienſis, & mater eius.* (26)

[*Vita ſ. Triphyllij* (cuius verſ. lat. ap. *AA. SS. Boll.*, Iun. II, 683).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

322 CONCILIUM PALÆSTINUM, *in quo de Arii eiusque fautorum conditione actum est.* (27)

[Mansi, *Concilia*, II, 557-558.]

324. CHRISTIANORUM IN SYRIA TUMULTUS.

[Eusebius, *Hist. eccl.*, l. VIII, c. 6 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 752).]

325. IUDÆOS, TEMPLI HIEROSOLYMITANI INSTAURATIONEM MOLITOS, CONSTANTINUS MAGNUS IMPEDIT, EISQUE URBIS INTROITUM DENUO PROHIBET.

[S. Augustinus, *Sermo V*, c. 5 (Migne, *Patr. lat.*, XXXVIII, c. 57); S. Ioh. Chrys., *Hom. V adv. Iudæos*, c. 11 (Migne, *Patr. gr.*, XLVIII, c. 900); Cedrenus, *Historiarum compendium*, ed. Bonn., I, p. 525; Eutychius, *Annales*, ed. Pococke, I, 466.]

325. SEDI HIEROSOLYMITANÆ PRIMATUS A NICÆNO CONCILIO NEGATUR.

[*Concil. Nicæn.*, can. VII (Mansi, *Conc.*, II, 672); cf. supra t. I, præf., p. xlvij.]

c. 325 AEthicus Istricus. (xj)

« *Deinde ad meridiem* Chanaan *sortem*, *affluentem omnibus bonis*, *inriguam* Tiberiade & Genesar, *alveum* Iordanis *a vineis* Engadi, & *lacum bituminum* & *harundinetum* Parioticum & Salariam *superiorem ac tenus ad* Libanum *tendentes*, *ubi in medullam* & *umbelicum urbs magna*, *ortus* & *aletrix regum*, *vaticinia* & *ostenta atque prodigia festiva* Hierusalem *fabricata* & *sita est*, *ubi eorum vates futuram restaurationem mundi iuditiariam impetu sui spiritus fore adfirmantur. Illic* Galilæa, *regio* Iordanis, Samariæ *urbis vicina*, *confinium* & *ianua regionis opima* & *spatiosa*, *ambitiosa incolarum speculatrix inclyta. Vicinarum terra inhabitabilis* Sodomorum, *ubi tria iudicia magna idem dicit regis maioris cœlestis iram* & *vindictam decidisse*, *ignis*, *fulminis* & *bituminis*, *eorum audaciam* & *temeritatem abhorruit. Academicus* Pentapolim *ob nimiam affluentiam ignominiosam*, *sine lege*, *absque eruditione*, *sine rege indisciplinatam ruina maxima præ ubertate corruisse.* Sicharia *regio*, *quæ postea* Nabathæa *nuncupatur*, *silvestris valde*, *ubi* Ismaelitæ *eminus.* Sur *inter mare* Rubrum & Arabiam *sita*, Ægypti *finibus deducta*, *populo vafro* & *valde nugaci; terra nimirum invia.* »

[Æthicus Iſtricus, *Coſmographia*, ab Hieronymo e græco in latinum breviarium redacta, c. 108, ed. Wüttke, Lipſiæ, 1854, in-8, p. 81.]

326. Constantinus Magnus ad Macarium episcopum Hierosolymitanum de Locis Sanctis scribit.

[Conſtantinus M., *Epiſt.* (Euſebius, *De vita Conſt.*, l. III, c. 29-33, ed. Heinichen, Lipſiæ, 1830, pp. 163-187).]

326 S. Helena Augusta. (28)

Helena Conſtantini mater, divinis monita viſionibus, beatiſſimum Crucis ſignum, in quo mundi ſalus pependit, apud *Ieroſolymam* reperit.

[S. Hieron., *Chronicon.*, ad ann. 321 (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, c. 671).].

« Per idem tempus, Helena, Conſtantini mater, fœmina incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia ſingulari, cuius iure Conſtantinus & eſſet filius & crederetur, divinis admonita viſionibus, *Ieroſolymam* petit, atque ibi locum in quo ſacroſanctum corpus Chriſti patibulo affixum pependerat, ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inveniendum difficilis erat, quod ab antiquis perſecutoribus ſimulacrum in eo Veneris fuerat defixum, ut ſi quis Chriſtianorum in loco illo Chriſtum adorare voluiſſet, Venerem videretur adorare. Et ob hoc infrequens & pene oblivioni datus fuerat locus. Sed cum, ut ſupra diximus, religioſa fœmina properaſſet ad locum cœleſti ſibi indicio deſignatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans, in altum purgatis ruderibus, tres confuſo ordine reperit cruces.....

« Sed obturbabat reperti muneris lætitiam uniuſcuiuſque crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui Græcis & Latinis atque Hebraicis litteris a Pilato fuerat conſcriptus; ſed nec ipſe ſatis evidenter Dominici prodebat ſigna patibuli. Hinc iam humanæ ambiguitatis incertum, divinum flagitat teſtimonium. Accidit in eadem urbe primariam quandam loci illius fœminam, gravi ægritudine confectam, ſeminecem iacere. Macarius per idem tempus eccleſiæ illius epiſcopus erat. Is, ubi cunctantem reginam atque omnes pariter qui aderant videt: « Adferte, inquit, huc totas, quæ « repertæ ſunt, cruces, & quæ ſit quæ portaverit Dominum, « nunc nobis adaperiet Deus ». Et ingreſſus cum regina pariter & populis ad eam quæ decumbebat, defixis genibus, huiuſ-

cemodi ad Deum precem profudit. « Tu, Domine, qui per « Unigenitum filium tuum falutarem generi humano per paf- « fionem crucis conferre dignatus es, & nunc in noviffimis « temporibus adfpirafti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum « beatum, in quo falus noftra pependit, oftende evidenter ex « his tribus, quæ crux fuerit ad Dominicam gloriam vel quæ « extiterit ad fervile fupplicium, ut hæc mulier, quæ femiviva « decumbit, ftatim ut eam lignum falutare contigerit, a mortis « ianuis revocetur ad vitam ». Et cum hæc dixiffet, adhibuit primo unam ex tribus, & nihil profecit. Adhibuit fecundam, & ne quidem aliquid actum eft. Ut vero admovit tertiam, repente adapertis oculis mulier confurrexit, & ftabilitate virium recepta, alacrior multo quam cum fana fuerat, tota domo difcurrere & magnificare Dei potentiam cœpit. Sic, evidenti indicio, regina voti compos effecta, templum mirificum in eo loco, in quo crucem repererat, regia ambitione conftruxit. Clavos quoque, quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos compofuit, quibus uteretur ad bellum, & ex aliis galeam nihilominus belli ufibus aptam fertur armaffe. Ligni vero ipfius falutaris partem detulit filio, partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco; quæ etiam nunc ad memoriam follicita veneratione fervatur.

« Reliquit etiam hoc indicium religiofi animi regina venerabilis: virgines, quas ibi reperit Deo facratas, invitaffe ad prandium, & tanta eas devotione curaffe dicitur, ut indignum crederet, fi famulorum uterentur officiis, fed ipfa manibus fuis, famulæ habitu fuccincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & regina orbis ac mater imperij, famularum Chrifti fe famulatam deputaret. Et hæc quidem *Ierofolymis* gefta. »

[Rufinus, *Hift. ecclef.*, l. I, c. 7-8 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, c. 475-477).]

« Tum fiquidem *Hierofolyma* horrens ruinis, frequentiffimis ac magnificentiffimis ecclefiis eft adornata; namque Helena, mater principis regis Conftantini, quæ Augufta cum filio conregnabat, cum *Hierofolymam* agnofcere concupiffet, reperta ibi idola ac templa protrivit; mox ufa regni viribus, bafilicas in loco Dominicæ paffionis & refurrectionis & afcenfionis conftituit. Illud mirum, quod locus ille, in quo poftre-

mum inſtiterant divina veſtigia, cum in cœlum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pavimento cum reliqua ſtratorum parte non potuit: ſiquidem quæcumque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſis in ora apponentium ſæpe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur, & cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non ſentiat; & eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit.

Eiuſdem reginæ beneficio crux Domini tum reperta, quæ neque in principio obſiſtentibus Iudæis potuerat conſecrari, & poſtea dirutæ civitatis oppreſſa ruderibus, nonniſi tam fideliter requirenti meruit oſtendi. Igitur Helena primum de loco paſſionis certior facta, admota militari manu, atque omnium provincialium multitudine in ſtudia reginæ certantium, effodi terram & contigua quæque ac vaſtiſſima ruinarum purgari iubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, ſicut olim Domino ac latronibus duobus fixæ fuerant, reperiuntur... »

[Sulpicius Severus, *Hiſtoria ſacra*, l. II, c. 33-34. (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 148).]

« Manſit hoc ſeculi prioris nefas in tempora noſtris proxima Conſtantini; qui princeps eſſe principibus Chriſtianis non magis ſua quam matris Helenæ fide meruit: quæ divino, ut exitus docuit, inſpirato conſilio, cum *Hieroſolymam* agnoſceret nomine, quæ Auguſta cum filio conregnabat, eum rogavit ut ſibi facultatem daret cuncta illic loca Dominicis impreſſa veſtigiis & divinorum erga nos operum ſignata monimentis purgare, deſtructis templis & idolis, ab omni prophanæ impietatis contagio, & religioni ſuæ reddere, ut Eccleſia tandem in terra originis ſuæ celebraretur. Itaque prompto filij imperatoris aſſenſu mater Auguſta, patefactis ad opera ſancta theſauris, toto abuſa fiſco eſt: quantoque ſumtu atque cultu regina poterat & religio ſuadebat, ædificatis baſilicis contexit omnes & excoluit locos, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis ſuæ, incarnationis & paſſionis & reſurrectionis atque aſcenſionis ſacramentis Dominus Redemptor impleverat. Mirum vero inter hæc, quod in baſilica Aſcenſionis locus ille tantum de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captivam in ſua carne ducens captivitatem noſtram,

ita facratus divinis veftigiis dicitur, ut numquam tegi marmore paviri receperit, femper excuffis folo refpuente, quæ manus adornandi ftudio tentavit apponere. Itaque in toto bafilicæ fpatio folus in fui cefpitis fpecie virens permanet; & impreffam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perfpicua fimul & attigua venerantibus arena confervat, ut vere dici poffit: « Adoravimus ubi fteterunt pedes eius » (Pfalm., CXXXI, 7).

« Sed in hiftoria crucis accipite magnum & vere divinum miraculum. Regina illa venerabilis, ut venit *Hierofolymam*, diligenter & pie locis illic & circa omnibus, divinorum curiofa infignium, & oculis haurire geftiens fidem quam piis auribus litterifque perceperat, crucem Domini ftudiofiffime inquirere adorfa eft. Sed quæ via vel ratio inveniendi fubeffet, cum index idoneus nemo inveniri poffet, ubi memoriam & curam religiofæ confcientiæ vel obfervantiæ & antiquitas ævi & fuperftitionis impiæ diuturnitas aboleviffet? Verum ipfo omnium & terris & animis opertorum confcio & tefte Domino, fidelis mulier fanctum Spiritum per affectum pium meruit: quo afpirante, cum rem ab humana confcientia divinitus remotam fruftra diligens requififfet, de loco tantum paffionis certior fieri ftuduit. Itaque non folum de Chriftianis doctrina & fanctitate plenos viros, fed & de Iudæis peritiffimos, ut propriæ, qua miferi & gloriantur, impietatis indices exquifivit, & accitos in *Hierofolymam* congregavit. Tum omnium una de loco teftificationis (*id eft* martyrij *feu* paffionis, *ut fupra*) confirmata, iuffit illico, urgente fine dubio conceptæ revelationis inftinctu, in ipfum locum operam foffionis accingi; parataque mox civium pariter & militari manu, brevi laborem iftius molitionis haufit; & contra fpem omnium, fed fecundum ipfius tantum reginæ fidem, alta egeftione referatis terræ finibus, abditæ crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter cruces, ut quondam fixæ Domino & latronibus fteterant, repertæ fuiffent, gratulatio repertarum cœpit anxia dubitatione confundi, iufto piorum metu, ne forfitan aut pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut falutare lignum pro ftipite latronis abiiciendo violarent. Refpexit pias fideliter æftuantium curas Dominus, & ipfi potiffimum, quæ tam piæ follicitudinis princeps erat, huius confilij lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri & inferri iuberet. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum

eſt; deponitur, iacenti una de crucibus admovetur & altera; ſed reorum ligna mors ſprevit. Poſtremo Dominicam crucem prodit reſurrectio & ad ſalutaris ligni tactum, morte profuga, funus (*id eſt* cadaver, *vel* mortuus excitatus eſt) excuſſum, & corpus erectum eſt, tremefactiſque viventibus ſtetit mortuus, & funebribus, ut Lazarus quondam, vinculis expeditus, illico inter exſpectatores ſuos redivivus inceſſit.

« Ergo crux Domini, tot operta ætatibus & Iudæis in tempore paſſionis abſcondita, neque gentibus in ædificatione fani terram ſine dubio ad ipſam fabricam egerentibus revelata, nonne manu latuit, ut nunc inveniretur cum religioſe quæreretur? Ita ut crucem Chriſti decuit, experimento reſurrectionis inventa & probata crux Chriſti eſt; dignoque mox ambitu (*id eſt* honore & pompa) conſecratur, condita in paſſionis loco baſilica, quæ auratis coruſca laquearibus & aureis dives altaribus, arcano poſitam ſacrario crucem ſervat: quam epiſcopus urbis eius quotannis, cum Paſcha Domini agitur, adorandam populo princeps ipſe venerantium promit. Neque præter hanc diem, qua crucis ipſius myſterium celebratur, ipſa, quæ ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacræ ſolemnitatis inſigne profertur, niſi interdum religioſiſſimi poſtulent, qui hac tantum cauſa illo peregrinati advenerint, ut ſibi eius revelatio quaſi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur. Quod ſolum epiſcopi beneficio obtineri ferunt: cuius & tantum munere de eadem cruce hæc minuta ſacri ligni ad magnam fidei & benedictionis gratiam haberi datur. Quæ quidem crux, in materia inſenſata vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum ſuum commodat, ut detrimenta non ſentiat & quaſi intacta permaneat, quotidie dividua ſumentibus & ſemper tota venerantibus. Sed iſtam imputribilem virtutem & indetribilem ſoliditatem de illius profecto carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem non vidit corruptionem. Speramus autem & vobis non ſolum benedictionis monimento, ſed & incorruptionis ſeminario futurum, ut eius inſpectio fidem veſtram etiam de recordatione beati illius latronis accendat, qui bene verſo latrocinio longas in magnis laboribus ſanctorum vias de momenti fide & momento confeſſionis anticipans, non immerito ante ipſos apoſtolos & martyres *præparatum ipſis ab initio*, ut ait, *regnum* primus invaſit & pius cœli prædo diripuit, quia Chriſtum crucifixum ſimilitudine ſuæ pœnæ videns in eo ſtatu, de quo

etiam discipulorum fides turbata nutaverat, Dominum tamen maiestatis, ut erat, confessus est ; & petens in regno Dei memoriam sui fieri, in gloriam resurrectionis ante ipsam resurrectionem credidit: quam apostoli, postea quam facta est, non tantum videndo, sed experiendo crediderunt. Nec ipsi tamen de resurrectione carnis potius quam de resurrectionis qualitate dubitantes, quia videlicet qui in orbem terrarum mittendi forent ad omnium gentium informationem, non auribus tantum, sed & oculis prædicandam fidem capere debebant, ut quod firmius didicissent, constantius edocerent. »

[S. Paulinus Nolanus, *Epist.* XXXI, c. 4, 5 (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 327).]

« Interea mater imperatoris Helena, cuius cognomine vicum *Drepani* princeps civitatem dicavit *Helenopolim*, admonita per somnium ad *Ierosolymam* properavit, & quondam *Ierusalem* desertam sicut pomorum custodiarium inveniens, requisivit sepulcrum Christi. Quod, licet difficillime, tamen invenit. Itaque repente templum illud scelestissimum deiici iussit. Et palam facto Domini monumento, apparuerunt circa id suffossæ tres cruces & clavi, simul & titulus litteris hebraicis, græcis latinisque conscriptus: « Iesus Nazarenus rex Iudæorum. » Dicitur autem quia etiam mortuus crucis tactu surrexerit. De hoc ligno Sibylla dixit apud paganos:

« O ter beatum lignum in quo Deus extensus est ! »

« Tum ergo quæ crux esset Domini, quæ latronum, dubitare cœperunt. Proinde Macarius, civitatis præsul, huiusmodi tractatu dubitationem solvit. Mulieri namque nobilitate claræ, longa ægritudine fatigatæ, unam illarum crucium cum oratione promptissima adhibens, virtutem Salvatoris agnovit. Mox enim ut mulierem crux attigit, passionem sævissimæ ægritudinis effugavit, & fœminæ salutem restituit. Sic itaque mater imperatoris, quod cupiebat agnoscens, de clavis quidem quibus manus Christi fuerant perforatæ, alios in galeam immisit imperatoris, filij capitis providentiam gerens, ut iacula bellica submoveret, alios freno equino permiscuit, & cautelam imperatoris agens, & veterem prophetiam adimplens. Olim enim Zacharias clamaverat propheta, dicens (XIV, 20): « Et « erit quod in freno est sanctum Domino omnipotenti. » Salutaris vero crucis partem quidem aliquam regalibus distribuit.

« Quam Constantinus suscipiens, & credens salvari civi-

tatem, ubi hæc particula fervaretur, in fua ftatua, ficut fertur, in foro Conftantini pofita fuper columnam porphyreticam devote condidit. Reliquam vero partem in argentea theca claufam civitatis tradidit facerdoti & undique congregans artifices, maximas illic ornatafque ædificavit ecclefias.

[Caffiodorus, *Hift. tripartita*, l. II, c. 18 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 936), quem exfcripfit *Hift. mifcella*, l. XI, c. 15, ed. Eyffenhardt, p. 251.]

Cuius [Conftantini imp.] temporibus completum eft illud propheticum : « In illo die erit, quod fuper frenum equi, fanctum Domino omnipotenti » (Zach., xiv, 20). Quod illa fanctæ memoriæ Helena mater eius, infufo fibi Dei fpiritu, revelavit.

« Beatus Conftantinus tali parente, quæ imperanti filio divini muneris quæfivit auxilium, quo inter prælia quoque tutus affifteret & periculum non timeret. Magna fœmina, quæ multo amplius invenit quod imperatori conferret, quam quod ab imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cefferat, feftinavit *Hierofolymam*, & fcrutata eft locum Dominicæ paffionis.

« Stabulariam hanc primo fuiffe afferunt, fic cognitam Conftantio feniori, qui poftea regnum adeptus eft. Bona ftabularia, quæ tam diligenter præfepe Domini requifivit. Bona ftabularia, quæ ftabularium non ignoravit illum, « qui « vulnera curavit a latronibus vulnerati » (Luc., x, 34). Bona ftabularia, quæ maluit « æftimari ftercora, ut Chriftum lucri- « faceret » (Philip., iii, 8). Ideo illam Chriftus de ftercore levavit ad regnum fecundum quod fcriptum eft : « Quia fufcitat « de terra inopem, & de ftercore erigit pauperem » (Pfalm., cxii, 7).

« Venit ergo Helena, cœpit revifere loca fancta, infudit ei fpiritus ut lignum crucis requireret, acceffit ad *Golgotha* & ait : « Ecce locus pugnæ, ubi eft victoria? Quæro vexillum « falutis & non invenio. Ego, inquit, in regnis, & crux « Domini in pulvere? ego in aureis, & in ruinis Chrifti « triumphus? ille adhuc latet & latet palma vitæ æternæ? « Quomodo me redemptam arbitror, fi redemptio ipfa non « cernitur ? »

« Vides quid egeris, diabole, ut gladius quo peremptus « es, obftrueretur. Sed Ifaac obftructos ab alienigenis puteos

« eruderavit, nec latere aquam paſſus eſt (Gen., XXVI, 18). « Tollatur igitur ruina, ut vita appareat, promatur gladius, « quo veri Goliæ caput eſt amputatum (1 Reg., XVII, 51): « aperiatur humus ut ſalus fulgeat (Iſai., XLV, 8). Quid egiſti, « diabole, ut abſconderes lignum, niſi ut iterum vincereris? « Vicit te Maria, quæ genuit triumphatorem, quæ ſine immi- « nutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te & « mortuus ſubiugaret. Vinceris & hodie, ut mulier tuas inſi- « dias deprehendat. Illa quaſi ſancta Dominum geſtavit, ego « crucem eius inveſtigabo: illa generatum docuit, ego reſuſ- « citatum: illa fecit ut Deus inter homines videretur, ego ad « noſtrorum remedium peccatorum divinum de ruinis elevabo « vexillum. »

« Aperit itaque humum, decutit pulverem: tria patibula confuſa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus abſconderat. Sed non potuit oblitterari Chriſti triumphus. Incerta hæret, ut mulier; ſed certam indaginem Spiritus ſanctus inſpirat, eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignum. Sed poterat fieri ut patibula inter ſe ruina confunderet, caſus inverteret. Redit ad Evangelij lectionem, invenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat: « Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum » (Ioan., XIX, 19). Hinc collecta eſt ſeries veritatis, titulo crux patuit ſalutaris. Hoc eſt quod petentibus Iudæis Pilatus reſpondit: « Quod ſcripſi, « ſcripſi » (Ibid., 22), id eſt, non ea ſcripſi, quæ vobis placerent, ſed quæ ætas futura cognoſceret; non vobis ſcripſi, ſed poſteritati, propemodum dicens: Habeat Helena quod legat, unde crucem Domini recognoſcat.

« Invenit ergo titulum, Regem adoravit, non lignum utique, quia hic gentilis eſt error & vanitas impiorum, ſed adoravit illum, qui pependit in ligno, ſcriptus in titulo: illum, inquam, qui ſicut ſcarabæus clamavit, ut perſecutoribus ſuis Pater peccata donaret (Luc., XXIII, 34). Avida mulier feſtinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare ſacramentum ſalutis. Læto corde & trepidanti veſtigio, quid faceret neſciebat. Pertendit tamen ad cubile veritatis, lignum refulſit, & gratia micuit. Et quia iam fœminam viſitaverat Chriſtus in Maria, Spiritus in Helena viſitavit: docuit eam quod mulier ignorabat, & deduxit in viam, quam mortalis ſcire non poterat.

« Quæſivit clavos, quibus crucifixus eſt Dominus, &

invenit. De uno clavo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit. Viſitata eſt Maria ut Evam liberaret; viſitata eſt Helena ut imperatores redimerentur. Miſit itaque filio ſuo Conſtantino diadema gemmis inſignitum, quas pretioſior ferro innexas crucis redemptionis divinæ gemma connecteret, miſit & frenum. Utroque uſus eſt Conſtantinus, & fidem tranſmiſit ad poſteros reges. Principium itaque credentium imperatorum ſanctum eſt quod ſuper frenum (Zach., XIV, 20); ex illo fides, ut perſecutio ceſſaret, devotio ſuccederet. »

[S. Ambroſius, *De obitu Theodoſij oratio* (Migne, *Patr. lat.*, XVI, cc. 1399-1402).]

« Item ſcripta de inventione Crucis dominicæ, & alia ſcripta de inventione capitis Ioannis Baptiſtæ, novellæ quædam relationes ſunt & nonnulli eas catholici legunt. Cum hæc ad catholicorum manus pervenerunt, beati Pauli præcedat ſententia: « Omnia probate, quod bonum eſt tenete » (1 ad Theſſ., V, 21).

[*Concilium Romanum primum*, 494 (Labbe, *Concilia*, IV, c. 1283).]

« Huius [Conſtantini] tempore, venerabile crucis Dominicæ lignum per ſtudium Helenæ matris eius repertum eſt, prodente Iuda Hebræo, qui poſt baptiſmum Quiriacus eſt vocitatus. »

[Gregor. Turonenſis, *Hiſt. Franc.*, l. I, c. 34 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, c. 179).]

(Cf. *Acta apocrypha ſ. Iudæ Quiriaci*, l. I [*AA. SS. Boll.*, Mai., I, pp. 445-447], & *Comment. de invent. ſ. Crucis* [Ibid., p. 362 & ſ.].)

« *De cruce & mirabilibus eius apud Pictavum.* — Crux Dominica, quæ ab Helena reperta eſt *Hieroſolymis*, ita quarta & ſexta feria adoratur . . . . . .

De inventione clavorum. — Specioſi autem omnique metallo nobiliores Dominicæ crucis clavi, qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina, poſt ipſius ſacræ crucis inventionem, reperti ſunt: & de duobus quidem frenum imperatoris munivit, quo facilius, ſi adverſæ gentes reſtitiſſent principi, hac virtute fugarentur. De quibus non eſt ignotum Zachariam vaticinaſſe prophetam: « Erit, inquit, quod in os equi poni-

« tur ſanctum Domini » (Zach., xiv, 20). Eo enim tempore *Adriaticum mare* magnis fluctibus movebatur, in quo tam frequentia erant naufragia ac demerſio hominum, ut vorago navigantium diceretur. Tunc provida regina condolens excidia miſerorum, unum ex quatuor clavis deponi iubet in pelago, confiſa de Domini miſericordia quod ſævas fluctuum commotiones facile poſſit opprimere. Quo facto redditur mare quietum, tranquillaque deinceps navigantibus flabra præſtantur. Unde uſque hodie nautæ ſanctificatum mare venerantur, cum ingreſſi fuerint, ieiuniis, orationibuſque & pſallentio vacant.

Clavorum ergo Dominicorum gratia quod quatuor fuerint hæc eſt ratio: duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis: & quæritur cur plantæ affixæ ſint, quæ in cruce ſancta dependere viſæ ſint potius quam ſtare? Sed in ſtipite erecto foramen factum manifeſtum eſt. Pes quoque parvulæ tabulæ in hoc foramen inſertus eſt; ſuper hanc vero tabulam, tanquam ſtantis hominis, ſacræ affixæ ſunt plantæ. — Quæritur etiam quid de his clavis fuerit factum. Duo ſunt, quos ſupra diximus, aptati in freno; tertius proiectus in fretum; quartum afferunt eſſe defixum in capite ſtatuæ Conſtantini, quæ civitate, ut aiunt, tota excelſior eſſe ſuſcipitur, ſcilicet ut tota cui eminet, munitione ſalutis quodam modo galea coronata eſſet. Magnam afferunt virtutem eſſe huius freni: quod ambigi nequaquam poteſt, quod Iuſtinus imperator publice expertus eſt ac ſuis omnibus patefecit. Illuſus enim a quodam mago propter pecuniam amiſſam, quæ ſibi dæmonis umbra intolerabiles per duarum curricula noctium intuliſſet indicavit inſidias, ſed cum tertia nocte frenum capiti collocaſſet, locum inſidiandi inimicus ultra non habuit, repertumque auctorem inſidiarum gladio perculit . . . . »

[Greg. Turon., *De gloria martyrum*, l. I, c. 5 & 6 (ed. Bordier, I, pp. 12-19).]

« Quomodo inventa fuit ſancta crux ſcire debemus. Fuit in tempore Conſtantini quidam ſerpens, qui comedebat multos homines Romanorum & beſtias: venit itaque Conſtantinus, & occidit ſerpentem, & de veneno ſerpentis factus eſt leproſus. Sui homines cœperunt quærere medicos qui ſanarent eum. Ad ultimum venit quidam medicus, qui dixit ſe eum ſanare, unde fuit magnum gaudium inter Romanos. Dixit-

que medicus ad Conſtantinum : « Quære unum dolium, & « congrega omnes pueros, & occide eos, & in ſanguine illorum « balneabis te, & ſanaberis. » Et factum eſt ita. Congregati ſunt ante palatium regis omnes pueri, & exivit rex, & vidit pueros cum matribus ſuis flentibus & ait : « Melius eſt ut ego peream « quam tot homines cum filiis. » Et factum eſt ita. Illæ vero rogantes Deum ut daret Conſtantino ſalutem, & exaudita eſt oratio mulierum. Et quadam nocte beatus Petrus & Paulus venerunt ad Conſtantinum, & dixerunt ei dum dormiret : « O Conſtantine, quære ſanctum Silveſtrum, quia ipſe « mundabit te. » Mane autem facto, Conſtantinus dixit matri ſuæ, quomodo Petrus & Paulus ei dixerunt. Quo audito regina gaviſa eſt & quæſivit ſanctum Silveſtrum, & dixit ei quomodo ſuus filius eum videre volebat. Quo audito ſanctus Silveſter accipiens baculum, ivit ad Conſtantinum; cui ait Conſtantinus : « O ſancte Silveſter ex Deo benedicte, qui hodie « ſuam virtutem in me per te demonſtrabit, ſana me. » Cui Silveſter reſpondit : « Si credideris in Filium virginis, ſanitatem « accipies. » Cui Conſtantinus : « Amorem Dei ſuper omnia « diligo. » Tunc ſanctus Silveſter iuſſit aquam deferri, in qua baptizavit eum, & ſanus factus eſt. Hoc facto, Conſtantinus dixit ſancto Silveſtro : « Quid vis ut dem tibi ? » Cui ſanctus Silveſter : « Nihil aliud peto, niſi ſanctorum apoſtolorum cor-« pora. » Quo audito, Conſtantinus abſtraxit corpora apoſtolorum de puteo, & ſtatim poſuit ea in optimo loco cum magno gaudio & honore. Poſt hæc vocavit ſuos milites, dicens ſe mare tranſire velle, & omnia quæ haberet in hac parte, ſancto Petro daturum, & ita factum eſt. Tranſivit mare & fecit *Conſtantinopolim*, unde Saraceni congregati ibant eum debellari. Conſtantinus autem hoc audiens, timuit valde; ſed angelus Domini nocte veniens, inquit ei : « Noli timere, quia, dum « ingrederis bellum, videbis ſignum crucis in cœlo, & facies « illud in lancea, & ſecurus ingredere bellum, & habebis vic-« toriam. » Et ita factum eſt, & occidit multos Saracenos. Hoc peracto, miſit Helenam matrem ſuam *Hieroſolymam*, ut quæreret crucem Domini. Cum autem intravit *Hieroſolymam*, convocavit omnes Iudæos & petiit crucem : qui dixerunt ſe neſcire. At illa ait : « Per Deum, qui me fecit, niſi eam red-« detis, vos omnes occidam. » Quo audito quærebant inducias, & conceſſit uſque in diem ſequentem. Iudæi ſciſcitabantur ad invicem, ſi quis ſciret ubi eſſet. Tandem unus, nomine

Iudas, inquit: « Audivi patrem meum dicentem, quod ſuus « atavus ſibi dixerat ubi Iudæi miſerunt eam. » Poſt hæc dixerunt reginæ, quod Iudas dixerat. Regina vero retinuit Iudam & alligavit eum, donec ipſe Iudas oravit ad Deum, & Deus indicavit ei ubi ſancta crux erat. Foderunt autem terram, & invenientes tres cruces neſcierunt quæ eſſet crux Domini, ſed mortuus ablatus ſuper crucem latronum non movit, tertio autem ſuper crucem Domini & revixit, & ita inventa eſt ſancta crux. Poſt hæc foderunt in eodem loco & invenerunt clavos, quos fixerunt in manibus & pedibus Domini, & unum ex illis dedit Helena Conſtantino, quem poſuit in freno equi ſui, & poſt hæc non fuit victus in bello. Poſtea baptizavit Iudam, imponens ſibi nomen Quiracus, & conſtituit illum epiſcopum in *Ieruſalem*, per quem Dominus dignatus eſt multa facere miracula. »

[Beda Ven., *Homil. ſubdit.*, XCIII (Migne, *Patr. lat.*, XCIV, c. 494-495).]

« Itaque [Helena] cum ingenti multitudine & regia ambitione *Hieroſolymam* pergit, & ingreditur urbem non iam Iudæa ſed Chriſtiana, & cœpit quærere animo virili & ferventiſſimo zelo lignum ſanctæ crucis. Quod ideo ad inveniendum valde difficile erat, quia, ut *Eccleſiaſtica* narrat *hiſtoria*, ab Helio Adriano ad ſuggeſtionem pontificum Iudæorum in eo loco templum Veneri fuerat conſtructum. Qui pontifices ideo hoc fecerunt, ut æmulatione livida tollerent fidelibus locum, ne ibi poſſent Chriſto flectere genua, ubi proſtibulæ mulieris erat ſimulachrum affixum. Sed regina fideliſſima, funditus everſo templo pariter & idolo memorato, invenit tres cruces, Domini pariter & latronum. De quibus cum orta fuiſſet hæſitatio, cum qualis eſſet crux Dominica proprie neſciretur, iuxta narrationem prædictæ *hiſtoriæ*, vir venerabilis *Hieroſolimorum* tunc temporis antiſtes Macharius ſolvit hanc dubitationem. Quod qui plenius noſſe deſiderat, eiuſdem *hiſtoriæ* librum decimum legat. Sed non abs re iudicavimus, ſi & breviter eamdem hic rationem proſequamur.

« Eo tempore erat ibi vidua nomine Libania, quæ prius fuerat Iudæa; ſed defuncto viro ſuo, Iſachar, relicta ſynagogæ perfidia, contulit ſe ad Eccleſiam Chriſti. Hæc illo tempore ſubitanea morte præventa, ſupremo flatu pectoris ſui extremum trahebat ſpiritum: habebat autem mœrorem

de iſtius obitu omnis eccleſia, & erat de hæſitatione crucis Dominicæ infinita triſtitia. Inter utramque conſternationem poſitus vir Dei Macharius, eiuſdem civitatis antiſtes, cupiens & mœſtitiam populi & ſollicitudinem reginæ auferre, iuſſit portare grabatum, in quo Libania decumbebat. Cumque illuc fuiſſet corpus adductum, expandit epiſcopus Macharius manus ſuas ad cœlum & dixit: « Tu, omnipotens Deus, qui « per unigenitum Filium tuum ſalutem generi humano per « paſſionem crucis eius conferre dignatus es, & nunc in noviſ- « ſimis temporibus aſpiraſti in corde ancillæ tuæ Helenæ per- « quirere lignum beatum, in quo ſalus noſtra pependit, oſtende « nunc evidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad Dominicam « gloriam, vel quæ extiterint ad ſervile ſupplicium, ut hæc « mulier quæ ſemiviva decumbit, ſtatim ut eam lignum ſalu- « tare contigerit, a mortis ianuis revocetur ad vitam. » Et cum hoc dixiſſet, adhibuit primo unam ex tribus, & nihil perfecit; adhibuit ſecundam, & nec ſic quidem aliquid actum eſt. Ut vero admovit tertiam, repente apertis oculis mulier conſurrexit, & ſtabilitate virium recepta, alacrior multo, quam cum ſana fuerat, tota domo diſcurrere & magnificare Domini potentiam cœpit. Sic evidenti indicio regina, voti compos effecta, templum mirificum in eo loco, in quo crucem repererat, regia ambitione conſtruxit. Clavos quoque, quibus corpus Domini fuerat affixum, portat ad filium, ex quibus ille frenos compoſuit, quibus uteretur ad bellum, & ex aliis galeam nihilominus belli uſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partem detulit filio; partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco, quæ etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratione ſervantur. »

[Altmannus Altivillarenſis, *Vita ſ. Helenæ*, c. II, n. 26-28 (*AA. SS. Boll.*, Aug. III, 580).]

« Legiſtis tamen quod ſancta Helena crucem Dominicam per medium ſecari fecit, & crucem *Conſtantinopolim* ad filium detulit, crucemque *Hieroſolymis* reliquit. »

[Anſellus, cantor ſ. Sepulcri, *Epiſtola ad eccleſiam Pariſienſem* a. 1108 (Migne, *Patr. lat.*, CLXII, c. 731).]

« Igitur cum per arcanum antiquæ Divinitatis archiſterium, Conſtantinus imperator Romanum quondam rexiſſet imperium, ob fidei ſemen hac & illac ubique ſpargendum, de gente in gentem, & de regno tranſivit in regnum (Pſalm.,

CIV); dum pro fidelibus hilaris, & pro infidelibus triftis, fidem fanctæ Trinitatis illis infinuavit & iftis . . . . . .

. . . .

« Sed quoniam ipfe pro fide Chrifti & negotiis imperij animum fuum in plura divifit, ideo beatam Helenam matrem fuam pro fe *Ierofolymam* mifit, ut eo ftudiofius ibi Dominicam inquireret crucem, quo ad hanc inquifitionem ipfum Crucifixum oftenforem haberet ac ducem. Beata igitur Helena, fapienti ufa confilio, ftatim interius Deo & exterius obedivit filio, dum non folum valida manu pro eadem inquifitione *Ierofolymam* ivit, fed etiam a Iudæis, ubi lignum Dominicum effet, diligenter inquifivit. Quæ enim de vitiis ad virtutes iam tunc bene operando tranfivit, non immerito thefaurum illum Divinitatis inquifivit, inquifitum invenit, inventum cuftodivit. Unde ut & nos cum ea quafi de tenebris properemus ad lucem, dicere debemus qualiter ipfa eamdem invenit crucem, ne quis audientium fic unquam infipiens fiat, ut poftea fe dicat ifta nefcire, cum fciat. Eligens ergo fibi de Iudæis viros numero mille, inquifivit ab eis quid de illo ille fentiret aut ille; ficque omnes una eademque ratione videns effe confentos, denuo de eis cœpit feparare quingentos. Qui, licet inftructi effent lege divina, nefciebant tamen quid de eis vellet facere regina, nifi quantum inde Iudas unus ex eis cæteris poterat enarrare Iudæis. Unde & ipfe iuftam eis inde reddens rationem: « Ligni, inquit, Dominici vult facere quæf-« tionem. » De quo tamen nihil omnino dixerat effe confcriptum, nifi quantum a patre fuo vel avo fibi fatebatur effe prædictum. Proinde, recordatus patris & avi veteris, fententias eorum cœpit enodare cæteris, Iudæorum fcilicet ac gentium populis enarrando duobus, quidquid inde de parentibus percepit ambobus. Dixerant enim fibi, quod ipfe & omnis pofteritas illius hoc noffe poterat, quod quandocunque inquifitio ligni fieret, genus eorum amplius regnare non valeat, fed regnum eorum tranfferendum effet in falutem credentium, de quo fcriptum eft: « Domini eft regnum & ipfe dominabitur gentium » (Pfalm. XXI). — Regina autem revocans ad fe omnem Iudæorum cohortem, vitam eis proponebat ac mortem, vitam fcilicet, fi lignum Crucis oftenderent, mortem autem fi demonftrare contemnerent. Sed cum corda eorum ad hæc indurata fuiffent, & ea quæ fciebant fe nefcire dixiffent, eo celerius eos quæ dicenda erant dicere cogebat, quo citius

ab eis voluit ſcire quod neſciebat. Sed cum veritas rei ab eis nulla ratione poſſet inveſtigari, continuo iuſſit omnes igne cremari, ut vel ſic eos cogeret monitis obedire divinis, quos ad hoc nec blandimentis poterat provocare nec minis. Iudæi autem ſibimet inde timentes, & vivere potius quam mori cupientes, tandem, ad oſtendendam ſibi veritatem nudam, pro ſe omnibus tradiderunt Iudam. Quem cum nec minis terrere, nec blandimentis ad hoc poſſet allicere, ut veri aliquid inde vellet dicere, continuo ſuſcipiens de omnibus unum, per ſeptem dies iuſſit eum in lacu ſervari ieiunium, uſquequo, ſeptem diebus evolutis, ea ratione inde ſe poſtularet educi, ut debitam ſervitutem Dominicæ impenderet cruci. Qui cum ad hæc verba de lacu fuiſſet eductus, continuo Chriſtianis gaudium & Iudæis ortus eſt luctus; quoniam omnes Iudæi qui convenerant ibi invidebant nobis & timebant ſibi. Sed ille qui eſt ſalus noſtra in tempore tribulationis (Pſalm. XXXVI), miſertus eis, & miſertus eſt nobis, dum converſus ad nos & reverſus ad eos, ea die voluit lætificare Chriſtianos & illuminare Iudæos.

« Pro hac igitur cauſa, cum illuc, ubi locus erat Calvariæ, undique concurriſſet turba plebis bifariæ, contrahere pars cœpit ad partem, ne per Iudæorum impietatem ars deluderet artem. Iudas autem inter cæteros ſtans in conſpectu filiorum hominum, ex intimo cordis orationem hanc fudit ad Dominum, quatenus ipſe ſibi monſtrare dignaretur ubi eſſet crucis Dominicæ foſſa, qui Moyſi quondam patris noſtri Ioſeph oſtendere dignatus eſt oſſa. Sed quoniam eiuſdem loci certum non poterat invenire veſtigium, niſi divina pietas cœleſte aliquod vellet demonſtrare prodigium, ideo ad informandam non credentium ſpem & credentium fidem ſubito locus commotus eſt idem. Inſuper etiam, ad declarandum Dominicæ crucis lignum, aliud continuo ſecutum eſt ſignum, dum, ad edomandum cor Iudæorum indomitum, ſtatim de eodem loco fumus aſcendit aromatum. Iudas autem, qui prius inter ſpem pendebat & metum, pro mœrore cœpit habere gaudium & pro gaudio fletum, gratias videlicet agens Deo in univerſis quæ glorioſe fiebant ab eo. Deinde ad terram ſe inclinans humiliter, foſſorio arrepto, fodere cœpit viriliter : ſed & alij poſt alios tamdiu cum eo fodere cœperunt uſquequo pro una cruce, quam quærebant, tres pariter invenerunt. O quam mira & inaudita res, quod crux una quærebatur, & inventæ

funt tres, quamvis pro illuminandis fidelium animabus, multo pretiofior effet una duabus!

« Unde mirum non eft, quod idem Iudas inter alios follicitatus eft primus quid fibi agendum effet ex crucibus tribus, quoniam, ficut ex fynagoga Iudæorum plures affirmavere Iudæi, duæ cruces latronum & tertia Dei. Sic igitur cum inter tot cruces Iudas ipfe nefciffet cuius aut cuius illa vel illa fuiffet, continuo mortuus quidam refufcitatus ibidem, præ cæteris crucibus cruci Dominicæ magis adhibebat fidem. Nec enim humanæ ignotum effet folertiæ quid honoris ac reverentiæ duabus deberet aut tertiæ; ideo poftquam eumdem mortuum ad unam & aliam crucem populus inaniter admovit, continuo tertiæ admotus, virtutem fanctæ crucis agnovit, pofteaquam duabus illum crucibus turba pedeftris in vanum porrexit, ftatim appofitus eft tertiæ & furrexit. Unde non immerito Deum benedixerunt cuncti, quibus virtutem ligni Dominici refurrectio teftabatur defuncti, merito etiam defunctus idem ei præ cæteris benedixit, qui eadem die mortuus fuerat & revixit. »

[Berengofus, *De laude & inventione f. Crucis*, l. II, c. 5-7 (Migne, *Patr. lat.*, CLX, cc. 956-958).

Perplura alia LATINA *de f. Helenæ Hierofolymitano itinere teftimonia hic cumulare haud effet difficile, quum fere nullum fit, five chronicon, five martyrologium, qui iftud fedulo non recenfeat, e quibus hæc tantum exempli gratia proferantur:*

Alcuinus, *Carmina*, c. 147 (ed. Froben), II, 219; Ado Viennenfis, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, CXXIII, c. 91); Otto Frifingenfis, *Chron.*, l. IV, c. 5 (ed. Cufpinian., f. xliij *b*); Vincentius Bellovacenfis, *Speculum hift.*, l. XIII, c. 94-95 (ed. Duac., p. 537); Iacobus de Voragine, *Legenda aurea*, c. 68 (ed. Græffe, p. 303); Gotefridus Viterbienfis, *Pantheon*, l. XXII, c. 3 (Pertz, *Mon. G.*, *SS.*, XXIII, p. 177); Petrus de Natalibus, *Catal. fanctorum*, l. VII, c. 73 (Vicentiæ, 1493, in-f.); *Viola fanctorum* (1499, in-4, f. 34-36); Mombritius, *Sanctuarium* (f. l. n. d. [f. XV], in-f., f. 210-211); Iohannes Capgrave, *Catalogus fanctorum Angliæ* (Lond., 1516, in-f., ff. 173 *b*-176 *b*).]

(Cf. Eufebius, *De vita Conftantini*, l. III, c. 42-44; Samuel Anienfis, *Summarij temporum*, pars II, ad ann. 344; f. Cyrillus Hierofol., *Epift. ad Conftantinum*, c. 3; f. Ioh. Chryfoftomus, *In Pfalm.*, 109; Socrates, *Hift. ecclef.*, l. I, c. 17; Sozomenus, *Hift. ecclef.*, l. II, c. 1; Iohannes Malalas, *Chronogr.*, l. XII (Migne, *Patr. gr.*, XX, cc. 1101, XIX, c. 665, XXXIII, c. 1168, LV, c. 274, LXVII, cc. 117, 929, XCVII, c. 177); Theophanes, *Chronicon*, ad ann. 5817 (ed. Bonn., I, pp. 36-40); Leo imp., *Epift. ad Umarum* (*Max. bibl. PP.*, ed. Lugd., XVII, pp. 44-47);

Photius patr., *Amphilochianæ quæſtiones*, q. 107 (Athen., 1858, in-8, p. 182) ; Alexander monachus, *De inventione ſ. Crucis* (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVII, c. 4016-4076, præf. c. 4062 & ſ.); Simeon Metaphraſtes, *Vita Silveſtri I papæ* (Surius, *Vitæ Sanctorum*, 31 Dec., ed. Colon., t. VI, pp. 1178 & 1187); id., *Vita ſ. Luciani*, c. V, n. 40 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 416); Nicephorus Calliſtus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VIII, c. 3, 29, 30 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 16, 109, 112) ; Zonaras, *Annales* (ed. Baſil., 1557, III, 6); ſ. Andræas Cretenſis, *Orat. prima & ſecunda in exaltationem ſ. Crucis* (ed. Combefis, Pariſ., 1644, 103 & 109); Codinus, *De ædificiis* (ed. Bonn., p. 73). — Eutychius, *Annales* (ed. Pococke, I, 450 & ſeqq.); Abulpharagius, *Chron. Syriac. dynaſt.*, VIII (ed. Bruns, I, p. 625); Moyſe de Khorène, *Hiſt. d'Arménie*, l. II, c. 87 (tr. Florival, I, 364-367) & *Itinera gr.*, I, *Itinera diverſa*. — Cf. etiam *AA. SS. Boll.*, 18 Aug., III, 578 ; Hardy, *Deſcript. catal.*, I, 1, 34-36 ; Hartmann, *Diſſert. hiſtor. de Helena* (Marburgi, 1733, in-4); Fr. Grundt, *Kaiſerin Helena's Pilgerfahrt* (Dreſd., 1878, in-4) ; K. Paparigopoulos, Ἡ Βασιλίσσα Ἕλενη ἐν Ἱερουσαλήμ, Δελτίον τῆς Ἑστίας, 1878, 334.)

326. CONSTANTINI MAGNI AD MACARIUM, EPISCOPUM HIEROSOLYMITANUM, DE LOCIS SANCTIS EPISTOLA.

[Euſebius, *De vita Conſtantini*, l. III, c. 30-52 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1089-1093).]

326-327 EUSTATHIUS, *eccleſiæ S. Sepulchri ædificator.* (29)

« Euſtathius, Conſtantinopolitanus preſbyter, agnoſcitur, cuius induſtria in *Ieroſolymis* martyrium conſtructum eſt. »

[S. Hieronymus, *Chronicon* (Migne, *Pat. lat.*, XXVII, c. 679), quem exſcripſit Proſperus Aquitanicus, *Chronic.* (*Ibid.*, LI, c. 576).]

326-327. CONSTANTINUS MAGNUS ECCLESIAS IN PALÆSTINA CONSTRUIT.

[S. Hieron., *Chron.*, lib. II, ad ann. 30 Conſtantini imperatoris (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, c. 499-500); Sulp. Severus, *Hiſt. ſacra*, lib. II, c. 33 (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 148) ; Caſſiodorus, *Hiſt. tripartita*, l. II, c. 18 ; l. VI, c. 7 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 937, 1035). *Itinerarium Burdigalenſe* (ſupra, t. I, p. 17-18). — Euſebius, *De vita Conſtantini*, l. III, c. 25-30, 43, 53; *Oratio de laudibus Conſtantini*, c. 9 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1085-1089, 1101, 1116, 1372); ſ. Cyrillus Hieroſ., *Catech.*, XIV, c. 9, 22 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIII, c. 833, 856) ; Socrates, *Hiſt. eccleſ.*, l. I, c. 17 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 120) ; Sozomenus, *Hiſt. eccleſ.*, l. II, c. 4 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 941); Theodoretus, *Hiſt. eccleſ.*, l. I, c. 16-18 (Migne, *Patr. lat.*, LXXXII, c. 956 & ſ.). — Nicephorus Calliſtus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VIII, c. 30 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 112). Abulpharagius, *Chron. Syriac. dynaſt.*, VIII (ed. Bruns, I, p. 62).]

326-327 DRACILIANUS, *vices gerens præfecti prætorij, ecclesiis exstruendis a Constantino præpositus.* (30)

[Constantinus M., *Epist. ad Mac.* (Eusebius, *De vita Constantini*, l. III, c. 30-32, Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1089 & s.).]

c. 330 **AURELIANENSES *quidam, a s. Evurtio missi.* (31)

Post dedicationem autem, causa sanctarum reliquiarum perducendarum, diversi in orbis partes missi diversa appetunt: quidam *Hierosolymam* pro sanctæ Crucis, quidam autem *Romam* pro beatissimorum Petri & Pauli apostolorum & martyrum reliquiis.

[Lucifer subdiaconus, *Vita s. Evurtij Aurelianensis episcopi*, c. II, nº 13 (*AA. SS. Boll.*, 7 sept., III, p. 56).]

c. 330 EUTROPIA, *Constantini Magni socrus.* (32)

[Eusebius, *Vita Constantini*, l. III, c. 52; Sozomenus, *Hist. eccles.*, l. II, c. 4 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1112, LXVII, c. 944).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 330 *S. POTENTINUS, *Aquitanus, & filij eius* FELICIUS & SIMPLICIUS, *eremitæ in diœcesi Coloniensi.* (33)

« . . . Veritus prædictos duos filios, Felicium scilicet & Simplicium, post se relinquere, secum abduxit, quatenus & ipsi mundana exuti tunica, viam veritatis incedentes, nudi & expediti Christi vestigia sequerentur . . . »

[*Legenda ss. Potentini, Felicij & Simplicij* (*AA. SS. Boll.*, Iun. III, p. 576).]

331. ECCLESIA ANTIOCHENA, PULSO S. EUSTATHIO PATRIARCHA, A ROMANA COMMUNIONE SECEDIT.

[S. Hieronymus, *Chron.*, l. II (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, cc. 497-498); Eusebius, *Vita Constantini*, l. III, c. 59; Theodoretus, *Hist. eccl.*, l. II, c. 27 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1126, LXXXII, c. 1080).]

1 vel 332 EUSEBIUS, *Cæsariensis episcopus*, EUSEBIUS, *episcopus Nicomediæ, ac* THEOGNIS, *Nicænus episcopus.* (34)

[Theodoretus, *Hist. eccles.*, l. I, c. 20. Sozomenus, *Hist. eccles.*, l. II, c. 16 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, c. 965, LXVII, c. 972).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 332. CONSTANTINI MAGNI AD MACARIUM, DE LOCIS SANCTIS ET QUERCU MAMBRE EPISTOLA.

[Eufebius, *Vita Conftant.*, l. III, c. 52-53 (Migne, *Patr. gr.*, XX, c. 1112 & f.).]

333 *ANONYMUS, Itinerarium a Burdigala Hierufalem ufque.* (35)

[Editum fupra, t. I, pp. 1-25.]

333 MAXIMUS, *Diofpolitanus, Macarium in patriarchatu Hierofolymitano excepturus.* (36)

[Nicephorus Calliftus, *Hift. eccle f.*, l. XIV, c. 39 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 1189).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

333-335. MAXIMUS II, HIEROSOLYMITANUS PATRIARCHA, ECCLESIIS IN PALÆSTINA EXSTRUENDIS PRÆSIDET.

« Ifte fanctus ..... fecit ecclefiam Domini fepulcri, mediante pretio & thefauro S. Helenæ, & ecclefias montis *Oliveti*, & vallis *Iofaphat* & *Bethleem*: ad quarum ecclefiarum dedicationem ex omni orbe conveniebant epifcopi & facerdotes, quos pridem ad earum dedicationem Conftantinus Magnus & mater eius Helena pie invitaverunt. »

[Theodoricus Pauli, *Liber bellorum Domini* (*AA. SS. Boll.*, Mai., III, xvj).]

334. CONCILIUM CÆSARIENSE in Palæftina.

[Manfi, *Concilia*, II, c. 1121.]

335. CONCILIABULUM TYRIUM.

[Manfi, *Concilia*, II, c. 1123.]

335 CONCILIABULUM HIEROSOLYMITANUM, *cui plurimi interfuerunt epifcopi, fere omnes Arianæ fautores hærefis, ad dedicandam bafilicam S. Sepulchri.* (37)

[Manfi, *Concilia*, II, cc. 1155-1160; Eufebius, *Vita Conftantini*, l. IV, c. 43; f. Athanafius, *De fynodis*, c. 21; Theodoretus, *Hiftor. eccle f.*, l. I, c. 29; Socrates, *Hift. eccl.*, l. I, c. 33; Sozomenus, *Hift. eccle f.*, l. II, c. 26; Nicephorus Calliftus, *Hift. eccle f.*, l. VIII, c. 50 (Migne, *Patrol. gr.*, XX, c. 1194, XXVI, c. 718, LXVII, cc. 163 & 1008, LXXXII, c. 988, CXLVI, cc. 199-203). — Eutychius, *Annales* (trad. Pococke, I, 465).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

335 S. ATHANASIUS, *Alexandrinus episcopus.* (38)

[Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5827 (ed. Bonn., I, p. 47). — Eutychius, *Annales* (trad. Pococke, I, p. 465).]

a. 335 ZENOBIUS, *Martyrij Hierosolymitani architectus.* (39)

[Theophanes, ad ann. 5828 (ed. Bonn., I, 50).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 335**. SYLVESTER I PAPA OMNIBUS SANCTUARIA TERRÆ SANCTÆ, A CONSTANTINO RECENTER EXSTRUCTA, VISITANTIBUS INDULGENTIAS CONCEDIT.

[*Bulla Pij IV*, 9 apr. 1561, ap. Lavigerie, *Ste-Anne de Jérus.* (Alger, 1879, in-8, p. 10), *citata, quæ nos eam omni via quærentes huc usque latuit.*]

338. CONSTANTII AUGUSTI EXPEDITIO SYRIACA.

[S. Athanasius, *Apologia contra Arianos*, c. 51 (Migne, *Patr. gr.*, XXV, c. 342); Iulianus imp., *Oratio I, in Constantij imp. laudem* (ed. Petavius, Paris, 1630, p. 36); Libanius, *Oratio III* (ed. Paris., 1627, p. 121); Cod. Theodos., *Chronol. legum* (ed. Gothofred., Lips., 1737, in-fol., p. xxxix).]

341. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

[Mansi, *Concilia*, II, c. 1305.]

c. 342 ELPIDIUS & PHILOXENUS, *Romani presbyteri, legati s. Iulij I papæ in Antiochiam missi.* (40)

[S. Iulius I, *Epist.*, 342 (Mansi, *Concilia*, II, c. 1211).]

342. EPISCOPI EX SYRIA, PHŒNICIA ET PALÆSTINA AD SYNODUM ROMANUM CONVENIUNT.

[S. Iulius papa, *Epist.*, 342 (Ibid., c. 1211).]

342 GABIANUS COMES, *qui in Syriam & Palæstinam litteras s. Iulij papæ attulit.* (41)

[S. Iulius I papa, *Epist.*, 342 (Ibid., c. 1211).]

342 STERCORIA *Ratumagensis, e Silvanectorum pago, in Mothana Nabatheorum sepulta.* (42)

[*Inscriptio græca* (Waddington, *Inscr. grecques & latines de la Syrie*, n° 2036); cf. *Bull. de la Soc. des ant. de France*, 1878, pp. 166-167.]

c. 343 S. MILLUS *sive* MILESIUS, *in Persia episcopus.* (43)

« Milesius episcopus solummodo peram circumferens, quæ sacrum codicem Evangeliorum habebat, perrexit ora-

tionem facturus ad *Hierofolymam* & inde in *Ægyptum*, ut videret monachos ibidem converfantes. Qualis igitur ifte fanctus & miraculorum fuerit operator, Syri funt teftes, qui eius actus vitamque fcripferunt.... »

[Caffiodorus, *Hiftoria tripartita*, l. III, c. 2 (Migne, *Patrol. lat.*, LXIX, c. 948).]

(Cf. Sozomenus, *Hift.. eccl.*, l. II, c. 14 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 968, & *Itinera græca*, I).

348. SYNODUS ANTIOCHENA.

[Manfi, *Concilia*, III, c. 163.]

349 CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM, *cui xvj interfuerunt epifcopi, præfide Maximo, Hierofolymitano epifcopo.* (44)

[Manfi, *Concilia*, III, cc. 171-174.]

350 CONCILIABULUM HÆRETICORUM, HIEROSOLYMIS, *in quo Acacius, Cæfarienfis metropolita, Maximum, epifcopum Hierofolymitanum, depofuit.* (45)

[Manfi, *Concilia*, III, cc. 179-180.]

c. 350 S. BASILIUS *de Cæfarea.* (46)

[Amphilochus, *Vita f. Bafilij*, c. 1 (Migne, *Patr. gr.*, XXIX, c. 366).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 350 PEREGRINI *pauperes, Hierofolymam e tota Afia confluentes.* (47)

[Eufebius, *Vita Conftantini*, l. IV, c. 44 (Migne, *Patr. gr.*, XX, cc. 1194-1195).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 350 S. HILARIO. (48)

« Beatus Hilarion, cum Palæftinus effet & in *Palæftina* viveret, uno tantum die vidit *Ierofolymam*, ut nec contemnere *Loca Sancta* propter viciniam, nec rurfus Dominum loco claudere videretur..... »

[S. Hieronymus, *Epiftola LVIII ad Paulinum* (Migne, *Patrol. lat.*, XXII, c. 581). Cf. Flodoardus, *De triumphis Chrifti in Pal.*, l. III, c. 3. (*Ibid.*, CXXXV, c. 531-543).]

c. 350 ELPIDIUS *chorepifcopus* & SISINNIUS, *Cappadocenfes.* (49)

[Palladius, *Hift. Laufiaca*, c. 106, 109 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1211-1214).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

:. 350 IOHANNES *de Lyco*. (50)

[Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 43 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1115-1118).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

350-352. IUDÆI IN PALÆSTINA REBELLANTUR.

[Aurelius Victor, *De Cæſaribus*, c. 42 (ed. Schœnberger, Vienne, 1816, p. 144); ſ. Hieronymus, *Chron.*, l. II (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, cc. 501-502); Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, p. 466).]

:. 350 Sophronius græcus. (xij)

[*Laudes Bethleem*, opus græcum, hodie deperditum, a ſ. Hieronymo (*De viris ill.*, c. 134, ap. Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 716) recenſitum.]

0-353 Iunior philoſophus. (xiij)

« *Similiter aliæ civitates* Aſcalon & Gaza, *in negotiis eminentes & abundantes omnibus bonis, mittunt omni regioni* Syriæ & Ægypti *vinum optimum.* Neapolis *civitas glorioſa & valde nobilis.* Tripolis & Scythopolis & Byblus & *ipſæ civitates induſtrioſæ.* Heliopolis, Libano *monti proximans, nutrit pulcherrimas mulieres, quas* Libanitidas *appellant. Sunt iterum optimæ civitates* Sidon, Sarepta, Ptolemaïs, Eleutheropolis & Damaſcus.

« *Quoniam ergo ex parte ſupra dictas deſcripſimus civitates, neceſſarium mihi videtur, ut etiam quidnam unaquæque civitas proprium habeat exponamus, ut qui legit certam earum ſcientiam habere poſſit.* Scythopolis *igitur*, Laodicia, Byblus, Tyrus, Berytus *omni mundo linteamen emittunt;* Sarepta *vero*, Cæſarea, Neapolis & Lydda *purpuram præſtant; omnes autem fructiferæ vino, oleo & frumento*; *Nicolaum vero palmulam invenies abundare in* Palæſtina *regione, in loco qui dicitur* Hiericho, *ſimiliter &* Damaſci *minores palmulas, ſed utiles, & piſtacium & omne genus pomorum.*

« *Iam nunc dicendum eſt quid etiam in ſe ſingulæ civitates, de quibus loquimur, habeant delectabile. Habes ergo* Antiochiam *in ludis circenſibus eminentem, ſimiliter &* Laodiciam & Tyrum & Berytum & Cæſaream. *Et* Laodicia *mittit aliis civitatibus agitatores optimos*, Tyrus & Berytus *mimarios*, Cæſarea *panto-*

mimos, Heliopolis *choraulas*, Gaza *pammacarios*, Afcalon *athletas luctatores*, Caftabala *pyctas. Omnes autem temperatos aeres habent. Et hæc quidem* Syriæ *ex parte dicta, ut potuimus.* »

[Iunior philofophus, *Totius orbis defcriptio* (Riefe, *Geographi latini minores*, pp. 109-111 ; cf. *ibid.*, p. xxx).]

351 (8 mai.). Cyrillus, episcopus Hierosolymitanus ad Constantium imperatorem de Cruce, super Golgotham in aere visa, scribit.

[*Epift. Cyrilli* (Migne, *Patr. gr.*, XXXIII, c. 1170).]

352. Solemne festum die XIII septembris Hierosolymis instituitur.

[Sozomenus, *Hift. ecclef.*, l. II, c. 26, l. IV, c. 5 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, cc. 1008, 1117); Theophanes, *Chronogr.* ad ann. 5887 (ed. Bonn., I, p. 62).]

353. Christianorum orthodoxorum in Syria sub Gallo persecutio.

[Ammianus Marcellinus, *Hift. rom.*, l. XIV, c. 9 (ed. Teubner, p. 30 & f.); f. Hieronymus, *Chron.* (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, cc. 501-502).]

353. *Monachi Hierosolymitani quatuor in Italiam transeunt, & Affifiæ capellam f. Mariæ de Iofaphat exftruunt, quæ anno 1207, a f. Francifco reædificata, nomen f. Mariæ Angelorum five de Portiuncula affumpfit.

[Octavius Spader, Affifienfis epifc., *Tractat. de indulgentia Portiunculæ*; cf. *AA. SS. Boll.*, Oct. II, p. 813.]

c. 355 S. Epiphanius. (xiv)

Ἐγκώμιος εἰς τὴν ἅγιαν τὴν θεοτόκον. (*Laus Terræ Sanctæ.*)

[Migne, *Patr. gr.*, XXIII, c. 1282.]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

355-358 S. Eusebius, *Vercellenfis epifcopus*, & S. Gaudentius, *poftea Novarienfis epifcopus.* (51)

« Tum illi [Ariani] graviter indignantes, ita nequitiam fuam fuiffe delufam, novis eum [Eufebium] per Conftantium principem paffionibus vexaverunt, nam poft multas iniurias Orientis plagæ illum exilio relegarunt, in quo tanta paffus eft, ut martyrij invictam gloriam reportaret. »

[S. Ambrosius, *Sermo* LVI, *De natali sancti Eusebij, Vercellensis episcopi* (Migne, *Patr. lat.*, XVI, c. 720).]

« Hos [Eliam, Elisæum, Ioannem, Elisabeth, etiam exules] secutus Eusebius sanctus, exivit de terra sua & de cognatione sua, & domestico otio peregrinationem prætulit. Pro fide quoque exilij dura præoptavit atque præelegit, coniuncto sibi sanctæ memoriæ Dionysio, qui posthabuit imperatoris amicitiam exilio voluntario. »

[S. Ambrosius, *Epistola* C, *ad ecclesiam Vercellensem* (Migne, *Patr. lat.*, XVI, c. 1207).]

« Eusebius, natione Sardus, & ex lectore urbis Romanæ Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe *Scythopolim* & inde *Cappadociam* relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiam reversus, edidit in psalmos commentarios Eusebij Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat. Mortuus est Valentiniano & Valente regnantibus. »

[S. Hieronymus, *Liber de viris illustribus*, c. 96 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 697); quem excripserunt Rufinus, *Hist. eccl.*, l. I, c. 20 & 30 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, cc. 493 & 500), s. Maximus Taurinensis, *Sermo de s. Eusebio* (*AA. SS. Boll.*, 25 Iun., V, p. 50), Sulp. Severus, *Hist. sacra*, l. II, c. 39 (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 151), Freculphus ep. Lexoviensis, *Chronicon*, t. II, l. IV, c. 4 (*Bibl. Max. PP.*, ed. Ludg., t. XIV, p. 1173).]

« Adhærens [s. Gaudentius] beatissimo viro s. Eusebio confessori [Vercellensi episcopo], prompto animo una cum ipso exilium expetiit.... Postquam pastoris absentia Vercellensem plebem destitutam antiquus hostis perspexerat, malignis quibusdam suasionibus atque interno bello memoratam Dei ecclesiam omnemque plebem visus est impugnare. Sed ocius, opitulante Deo, adhæsit Dei clementia per adventum beati Gaudentij.... »

[Anonymus (s. VIII), *Vita s. Gaudentij*, c. 2 (*AA. SS. Boll.*, Ianuar., II, 419).]

« In ipso concilio [Mediolanensi] loris ligati sancti Dei pontifices & martyres in exilium deportabantur cum Dionysio & papa Liberio..... Eusebius autem propter senectutis gravitatem in cavea missus, quasi esset devastator vineæ Christi & totius imperij pacis, ductus *Scythopolim*, traditusque in manus Arianorum, ut in eo suas complerent voluntates . . . .
. . . .

« *Scythopolis* autem urbs eſt *Palæſtinæ* inſignis in tribu Manaſſe poſita, quæ alio nomine *Bethſan* vocatur, quam Scriptura divina cognominat domum Nicam, quod in noſtra lingua domus inimicorum dicitur: hanc autem non potuit Manaſſes, id eſt populus Iſrael hæreditare, ſicut in libro Iudicum dicitur: quæ etiam urbs eſt Scytharum, nam Scythæ aliquando bellando undique longe lateque, Ægyptiorum regnum egreſſi cunctamque pene Aſiam tenentes, hanc condiderunt urbem; eſt etiam metropolis, ſicut in eodem libro legitur. Ad hanc ergo urbem cum exilio perductus eſſet, ut diximus, beatus Euſebius, cavea conſtrictus, licet non delectabiliter ſe movere potuiſſet, tamen vertere ſe & circumquaque proſpicere poterat: quod cernentes Ariani, inde eum abſtraxerunt & in anguſta domo clauſerunt, ubi clauſum retinentes, abſtraxerunt ab eo ciborum atque potus copiam, ita ut per multos dies inediam pateretur, & pene diſſolveretur famis inopia. Tunc ſcripſit librum ad Patrophilum cuſtodem: « Servus « Dei Euſebius cum conſervis ſuis, Patrophilo cuſtodi cum « ſuis. Rapuerunt me Arriomanitæ, & vi multorum nimio fu- « rore nudato corpore me ſupinum de cavea hoſpitioli per ter- « ram traxerunt, meque in hoſpitio alio clauſum tenent, neque « panem manducaturum neque aquam bibiturum profitentur, « quouſque conſentiam illis: quare opportunum eſt mihi ante « de corpore exire, quam iſta conſentire. Videte quia contra « ius divinum ac publicum commiſiſtis; iam ſunt enim ſeptem « dies, & niſi hoc emendaveritis, eritis procul dubio homi- « cidæ. » Quartadecima die igitur, ſuperveniente Patrophilo, cum ſuis conſilium iniens, mitigati hoc libello, in alio rurſus eum hoſpitio receperunt, permittentes loqui cum eo qui venerant gratia viſitationis: & hoc non diu. Vigeſimo quinto die erumpunt denuo, & armati fuſtibus ad eum venere in hoſpitio, eumque rapientes, in anguſtiori carcere mancipati ſunt; talique ergaſtulo eum recluſerunt, ut eſſet illo brevior illoque in latitudine anguſtior, ita ut genua illius curva pedes extendendo minime videre ſuos potuiſſet; caput vero ita preſſum ipſo ergaſtulo habebat, ut nullatenus cœlum reſpicere potuiſſet; humeros autem vel cubitos minime movere poterat, immobilis tantum manens, &, niſi Angelorum viſitatione foveretur, humanum corpus hanc iniuriam tot diebus ferre minime valuiſſet. Sed omnipotens Deus, qui Ionam prophetam in ventre ceti ſervavit,

custodivit non minus hunc sanctissimum athletam suum in multis incommoditatibus suis, & in isto sævissimo ergastulo positum. Duravit enim ibi usque ad exitum Constantij imperatoris. Referunt enim, qui cum eo fuerunt, quod tantum erat alacer & pastus divino cibo, ut nullatenus pœnam sentiret ipsius carceris & nullius inediæ; & frequenter certificabat suos, affirmans quia cito ad propria essent reversuri. Visitabat ergo circumquaque ecclesias catholicas, mittendo illis epistolas suas: misit etiam ad urbem Vercellensem dilectissimam epistolam, commonens universam plebem, ut sollicite se custodirent cauteque agerent & aliter non crederent, nisi sicut ipse eis verbis ostenderat. Ad ecclesiam vero Mediolanensem similiter misit cum subscriptis suis, ut non aliter crederent, nisi quod ab ipso vel a Dionysio suo episcopo audierant.

« Igitur post obitum Constantij imperatoris, Iulianus imperator, illius successor, *Constantinopolim* veniens, cogitare cœpit quemadmodum sibi populum complacaret & eorum favorem decenter acquireret, quod artificiose peragebat . . . . Iubet episcopos exilio deportatos evocari & ad propria reverti . . . . Et hac occasione sancti præsules de exilio revertebantur ad propria.

Contigit autem ut beatus Eusebius, cuius hactenus memoriam agimus, *Alexandriam* deveniens ab *Scythopoli* civitate, Athanasium incolumem reperit, cui omnium pœnarum genera, quæ in exilio passus est, exposuit. »

[*Passio vel vita sancti Eusebij Vercellensis episcopi* (auctore anonymo) ex ms. pergameno monasterij Nonantulani ante annum 1000 exarato (Ughellus, *Italia sacra*, t. IV, c. 757 & s.). Cf Ekkehardus Uraugiensis, *Chron.*, ad ann. 358 (Pertz, *Mon. G. SS.*, VI, p. 113); Honorius Augustodun., *Liber de eccles. scriptoribus* (*Bibl. max. PP.*, ed. Lugd., t. XX, p. 1031); Otto Frisingensis, *Chron.*, l. IV (edit. Cuspinian., Argentorat. 1515, p. xliv b); Albericus monach., *Chron.*, ad ann. 357 (Pertz, *Mon. G.*, *SS.*, XXIII, p. 686); Vincentius Bellovac., *Specul. histor.*, l. XIII, c. 12 (ed. Duac., 1624, p. 545); Franciscus Bonhomius, *Antiquorum patrum sermones & epistolæ de s. Eusebio, episcopo Vercellensi* (Mediol., 1581, in-4); Stephanus Ferrerius, *Vita & res gestæ s. Eusebij Vercellensis episcopi* (Romæ, 1602, in-4); Surius, *Vitæ sanctorum*, ad d. I Aug. (ed. Colon., 1618, p. II, p. 19 & s.).]

(Cf. s. Athanasius, *Apologia ad Constantium imp.*, c. 27, *Apologia de fuga sua*, c. 4, *Historia Arianorum ad monachos*, c. 34 (Migne, *Patr. gr.*, XXV, cc. 630, 649, 732-733); s. Epiphanius, *Adv. hæreses*, *Hæ-*

ref. XXX (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 226); Theodoretus, *Hiſt. eccl.*, l. II, c. 12 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, c. 1030), & *Itinera græca*, I.)

356 SYRUS *diaconus*, & VICTORIANUS *exorciſta*. (52)

« His ergo dum afficeremur cogitationibus, & omnem conſolationem fratrum, qui ad nos ex diverſis veniebant provinciis, ad dolorem magis abſentiæ veſtræ, quam ad lætitiam verteremus, hoc præſtare dignatus eſt Dominus, ut id, de quo eram ſolicitus, non ſolum litteris ſinceritatis veſtræ, ſed & præſentia carorum noſtrorum, Syri diaconi & Victoriani exorciſtæ, cognoſcere potuerim. »

[S. Euſebius, Vercellenſis epiſc., tunc in Palæſtina exul, *Epiſtola ad preſbyteros & plebem Italiæ* (Migne, *Patr. lat.*, XII, c. 947).]

358, 360, 362. CONCILIA ANTIOCHENA.
[Manſi, *Concilia*, III, c. 265.]

c. 360 **S. URSICINUS, *epiſcopus Senonenſis, in Phrygiam cum ſ. Hilario exſulatus*. (53)

« A Conſtantio Auguſto tunc imperante hæreticorum machinamentis obtemperante, iuſſus eſt cum pluribus aliis apud *Phrygiam* exilio relegari. Sanctus vero Urſicinus poſt aliqua laborum itinera *Ieroſolymam* adiit ad *ſepulcrum* ſanctæ reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti viſitandi gratia. Cumque parvo temporis apud epiſcopum *Ieroſolymorum* commoratus fuiſſet, petiit ab ipſo reliquias ſſ. Innocentium, & receſſit. Inde *Cæſaream* Cappadociæ veniens, a ſ. Baſilio pontifice petiit de reliquiis beati Mamerti martyris. Poſtea devenit *Conſtantinopolim* & iterum venit apud *Phrygiam*. Mortuo ſiquidem Conſtantio, Iovinianus ſubſequitur in imperio; qui ob amorem Chriſtianæ legis, continuo fecit ipſos ſanctos exilio relegatos revocari, venienſque beatus Urſicinus *Senonas*, in ſede epiſcopali ſuſceptus, multos cum pace poſtea vixit annos. »

[*Officium ſ. Urſicini*, l. 2-3 (*AA. SS. Boll.*, 24 Iul., V, p. 546); cf. *Gall. chriſt.*, XII, p. 5.]

362 S. PHILOROMUS. (54)

[Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 113 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1216-1218).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

362-363. IULIANUS APOSTATA CHRISTIANOS ANTIOCHIÆ, GAZÆ ET HIEROSOLYMIS PERSEQUITUR.

[*Chronicon Paschale* ad ann. 5871 (ed. Bonn., I, 545-552); Paulus Orosius, *Historiæ*, l. VII, c. 30 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1142); Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. X, c. 32 & s. (Migne, *Patr. gr.*, XLVI, c. 536); cf. *Acta apocr. s. Iudæ Quiriaci*, l. II, n° 14 (*AA. SS. Boll.*, Mai. I, 446-451) & Fabricius, *Salutaris lux*, pp. 294-338.]

363. SEBASTE, S. IOHANNIS-BAPTISTÆ HELISÆIQUE SEPULCHRA IULIANUS APOSTATA APERIRI IUBET.

[Rufinus, *Hist. eccles.*, l. II, c. 28 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, c. 536); Theodoretus, *Hist. eccl.*, l. III, c. 3 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, c. 1092); Philostorgius, *Hist. eccl.*, l. VI, c. 4 (ed. H. Vales., Paris., 1673, p. 503); *Chron. Paschale*, ad. ann. 5871 (ed. Bonn., I, 546).

363 ALYPIUS *Hierosolymam ad Templum Iudæorum instaurandum missus.* (55)

« Igitur ex omnibus locis atque provinciis convenere Iudæi, locum Templi olim igne consumti aggredi cœpere, comite properandi operis ab imperatore concesso . . . »

[Rufinus, *Hist. eccl.*, l. I, c. 37 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, c. 505).]

« . . . Ambitiosum quondam apud *Hierosolymam* templum, quod post multa & interneciva certamina, obsidente Vespasiano posteaque Tito, ægre est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat inmodicis, negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim *Brittanias* curaverat pro præfectis.»

[Ammianus Marcellinus, *Res gestæ*, l. XXIII, c. 1 (ed. Teubner, p. 307).]

(Cf. s. Ioh. Chrysostomus, *Contra Iudæos & gentiles, quod Christus sit Deus*, c. 16, *De s. Babyla, contra Iulianum & gentiles*, c. 22, *Expositio in Psalmum*, IX, c. 5 [Migne, *Patr. gr.*, XLVIII, c. 835; L, c. 568; LV, c. 286]; Philostorgius, *Hist. eccl.*, l. VII, c. 9 [ed. H. Vales., Paris., 1673, p. 506]; Socrates, *Hist. eccl.*, l. III, c. 20; Sozomenus, *Hist. eccl.*, l. V, c. 22; Theodoretus, *Hist. eccl.*, l. III, c. 15 [Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 430, 1282, LXXXII, c. 1111]; Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5855 [ed. Bonn., I, p. 80], & *Itinera græca*, I.)

365 S. SIMEON *priscus*. (56)

[Theodoretus, *Hist. relig.*, c. 6 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXI, c. 1357).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

369. PRIMA SARRACENORUM IN PALÆSTINAM INGRESSIO.

[Sozomenus, *Hist.*, l. VI, c. 38 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, cc. 1407-1410).]

c. 370 PAULUS, *presbyter Dalmata, a Melania Maiore in Palæstinam missus.* (57)

[Palladius, *Hist. Lausiaca*, c. 119 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1228-1230.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

370 S. Gregorius Nazianzenus. (XV)

(*Laus Terræ Sanctæ.*)

[Greg. Nazian., *Sermo* XXXVIII, *In Theophania*, c. 17, *Sermo* XLIII, *In laudem Basilij magni*, c. 13, *Carmina*, l. I, Sect. 2, c. 30 (Migne, *Patr. gr.*, XXXVI, cc. 330 & 512, XXXVII, c. 909).]

372. * ORDO S. LAZARI ORITUR.

Et præsertim pauperum leprosorum S. Lazari Hierosolymitani hospitalitatem, ab illo sanctissimo viro Basilio Magno († 379) usque a recolendæ memoriæ Damasi I (366-384), Romani Pontificis, prædecessoris nostri, ac Iuliani Apostatæ (362-363) & Valentiniani (364-378) imperatorum temporibus illustratam, & per orbem varie ampliatam.....

[*Bulla Pij papæ IV*, data 1565, 9 mai (*Bullarium SS. Mauricij & Lazari*, Aug. Taurin, s. a. [1776], in-f., p. 1*).]

(*Nullum equidem hospitium* Hierosolymis *exstruxit sanctus Basilius*, Cæsareæ *vero quoddam ad leprosos recipiendos ædificium, cuius plures auctores meminere. Inprimis ipse s. Basilius in* Epistola *XCIV* (*ed. Garnier, III*, 187-188), *necnon Gregorius Nazianzenus, in* Oratione *XLIII, in honorem s. Basilij, Cæsareæ anno* 381 *habita* (*ed.* 1778, I, 817-818). *Cf. etiam Sozomeni* Hist. eccles. *l. VI, c.* 34 (*Migne*, Patr. gr., LXVII, c. 1397), *qui hanc hospitalitatis domum* Basiliadem *appellat, & Theodoreti* Eccles. hist., *l. IV, c.* 16 (*Migne*, Patr. gr., LXXXII, c. 1160), *& Baronij*, Ann. eccles., ad ann. 530, nº 40. *Quod ad* Hierosolymam *attinet, nulla leprosorum congregationis mentio apud auctores invenitur ante annum* 808.)

372 S. HIERONYMUS, EVAGRIUS *Antiochenus*, NICEAS, HELIODORUS, HYLAS ET INNOCENTIUS. (58)

« Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi est nuntiata felicitas . . . .

. . . .

« Tandem in incerto peregrinationis erranti, cum me *Thracia*, *Pontus* atque *Bithynia*, totumque *Galatiæ* & *Cappadociæ* iter & fervido *Cilicum terra* fregiſſet æſtu, *Syria* mihi velut fidiſſimus naufrago portus occurrit. Ubi ego quidquid morborum eſſe poterat expertus, ex duobus oculis unum perdidi: Innocentium enim, partem animæ meæ, repentinus febrium ardor abſtraxit. Nunc uno & toto mihi lumine Evagrio noſtro fruor, cui ego ſemper infirmus ad laborem cumulus acceſſi. Erat nobiſcum & Hylas, ſanctæ Melaniæ famulus... »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* III, *ad Rufinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 333); cf. Flodoardus, *De triumphis Chriſti in Pal.*, l. II, c. 7 (*ibid.* CXXXV, cc. 517-519).]

« Tu [Niceas] a nobis abiens, recentem amicitiam ſcindis potius, quam diſſuis, quod prudenter apud Ciceronem Lælius vetat. Niſi forte ita tibi exoſus eſt Oriens, ut litteras quoque tuas huc venire formides. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* VIII, *ad Niceam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 342).]

« Heliodorus frater mihi indicavit, te multa de Scripturis quærere nec invenire, aut ſi omnia habes, incipit ſibi plus caritas vindicare plus petere. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* V, *ad Florentium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 337).]

« Quanto amore & ſtudio contenderim, ut pariter in eremo moraremur, conſcium mutuæ caritatis pectus agnoſcit. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu, te Heliodorum abeuntem proſecutus ſim, iſtæ quoque litteræ teſtes ſunt, quas lacrymis cernis interlitas. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XIV, *ad Heliodorum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 347); cf. *Epiſtola* IV, *ad Florentium* (*ibid.*, c. 335).]

« O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe deliciis....

Cum ante annos plurimos domo, parentibus, ſorore, cognatis, & quod his difficilius eſt, conſuetudine lautioris cibi, propter cœlorum me regna caſtraſſem, & *Ieroſolymam* militaturus pergerem, Bibliotheca, quam mihi Romæ ſummo ſtudio ac labore confeceram, carere omnino non poteram. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XXII, *ad Euſtochium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 398, 416); cf. *Epiſtola* XV, *ad Damaſum papam* (*ibid.*, c. 356).]

« Et ne forte obſcuritas loci, in quo dego, fallat baiulos litterarum, ad Evagrium preſbyterum, quem optime noſti, dignare ſcripta tranſmittere. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XV, *ad Damaſum papam* (Migne, *Patr. lat.*, c. XII, c. 358); cf. *Epiſtola* V, *ad Florentium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 337).]

a. 373 AMMONIUS *monachus* & SILVANUS. (59)

[Ammonius, *De martyribus Sinaïticis* (Combefis, *Illuſtrium Chriſti martyrum lecti triumphi*, Pariſ., 1660, in-8, p. 88); Sozomenus, *Hiſt. eccl.*, l. V, c. 28 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 1392).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 373 Ammonius monachus. (xvj)

[*Λόγος περί τῶν ἀναιρεθέντων ὑπό τῶν Βαρβάρων ἐν τῷ Σινᾶ ὄρει, καὶ ἐν τῇ Ραιθοῦ ἁγίων πατέρων.* (Combefis, *Illuſtrium Chriſti martyrum lecti triumphi*, p. 88-132).]

373 MELANIA MAIOR & RUFINUS *Aquileienſis*. (60)

« Et quia frater Rufinus, qui cum ſancta Melania ab *Ægypto Ieroſolymam* veniſſe narratur, individua mihi germanitatis caritate connexus eſt, quæſo ut epiſtolam meam huic epiſtolæ tuæ copulatam, ei reddere non graveris... »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* IV, *ad Florentium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 332).]

« Sancta Melania, noſtri temporis inter Chriſtianos vera nobilitas (cum qua tibi Dominus mihique concedat in die ſua habere partem), calente adhuc corpuſculo & necdum humato, duos ſimul perdidit filios. Rem ſum dicturus incredibilem, ſed, teſte Chriſto, non falſam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, ſparſis crinibus, veſte conſciſſa, lacerum pectus invadere? Lacrymæ gutta non fluxit; ſtetit immobilis, & ad pedes advoluta Chriſti, quaſi eum teneret, arriſit. Expeditius, inquit, tibi ſervitura ſum, Domine, quia tanto me onere liberaſti. Sed forſitan ſuperatur in cæteris. Quin imo qua illos mente contempſerit, in unico poſtea filio probat, cui omni quam habebat poſſeſſione conceſſa, ingruente iam hieme, *Ieroſolymam* navigavit. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XXXIX, *ad Paulam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 471).]

« O invidia primum mordax tui! O Satanæ calliditas ſemper ſancta perſequens! Nullæ aliæ Romanæ urbi fabulam præbuerunt, niſi Paula & Melanium, quæ contemptis facultatibus, pignoribuſque deſertis, crucem Domini quaſi quoddam pietatis levavere vexillum. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XLV, *ad Aſellam*, c. 4 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 481).]

« Melania, nobiliſſima mulierum Romanorum & Marcellini quondam conſulis filia, unico prætore tunc urbano filio derelicto, *Ieroſolymam* navigavit, ubi tanto virtutum præcipueque fuit humilitatis miraculo, ut Teclæ nomen acceperit. »

[S. Hieronymus, *Chronicon*, an. 377 (Migne, *Patr. lat.*, XXVII, c. 697).]

« Mihi quoque ipſi aliquando cum de *Bethleem Ieroſolymam* veniſſet [Hieronymus] & codicem ſecum detuliſſet, in quo erat unus dialogus Ciceronis, & idem ipſe græcus Platonis, quod dederit ipſum codicem, & aliquandiu fuerit apud me, nullo genere negare poteſt. Sed quid immoror tandiu in re, quæ luce eſt clarior? cum ad hæc omnia quæ ſupra diximus, etiam illud addatur, ubi ceſſet omne commentum, quod in monaſterio poſitus in *Bethleem* ante non multo adhuc tempore partes grammaticas exſecutus ſit . . . . .

« Etiam nec illud eius [Hieronymi] admirabile factum ſilendum eſt, ne pudorem incutiamus audientibus, quod Marcellini conſulis neptem, quam, Romanæ nobilitatis primam, parvulo filio *Romæ* derelicto, *Ieroſolymam* petiiſſe & ibi ob inſigne meritum virtutis Teclam nominatam, in ipſis chronicis ſuis ſcripſerat . . . »

[Rufinus, *Apologia adverſus Hieronymum*, l. II, c. 8, 26 (Migne, *Patr. lat.*, XXI, cc. 591, 605).]

« Addidit autem Dominus hanc gratiam de muneribus & litteris tuis, ut ad eos potiſſimum dies nobis frater Victor occurreret, quibus ſanctam ipſam [Melaniam] ex *Hieruſalem* poſt quinque luſtra remeantem recepimus. . . . .

« Sed illa ultra virtutem tentationum iam confortata, & corporea & pietatis vincula & navem, cunctis flentibus, læta solvit, constanterque congressa fluctibus maris, ne tantum sæculi fluctus vinceret, navigavit; & simul sæculum orbemque commutans, urbem *Hierusalem* spiritali dono, in qua a corpore peregrinaretur, elegit, exsul civium & civis effecta sanctorum. . . . .

« Hanc [Melaniam] ergo filia Sion hactenus habuit & desiderat, nunc filia Babylonis [Roma] habet & admiratur . . . . quanquam illa quietis & latebræ suæ apud *Hierusalem* in Romanis modo turbis æstuans, clamat: Heu me! quod incolatus meus prolongatus est. »

[S. Paulinus Nol., *Epistola* XXIX, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, cc. 315, 319, 321).]

« Testis est autem Dominus, quod si vel scrypulum sacri cineris habuissemus, supra quam nobis ad basilicam, quæ proxime in nomine Domini consummabitur, dedicandam necessarium erat, misissemus unanimitati tuæ; sed quia nos non habuimus huius muneris copiam, & ille se spem eiusdem gratiæ copiosam habere dixit a sancta Silvia, quæ illi de multorum ex Oriente martyrum reliquiis spopondisset, invenimus quod digne & ad basilicæ sanctificationem vobis & ad sanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus partem particulæ de ligno divinæ Crucis. Quod nobis bonum benedicta Melanius ab *Hierusalem* munere sancti inde episcopi Iohannis attulit. »

[S. Paulinus Nol., *Epistola* XXXI, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 325).]

« Et ipsam adnotationem quam commonitorij vice miseras litteris meis inditam, direxi ad Rufinum presbyterum, sanctæ Melani in via comitem. »

[S. Paulinus Nol., *Epistola* XXVIII, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 311).]

« Inferiore autem balteo [in basilica Nolana], quo parietis & cameræ confinium interposita gypso crepido coniungit aut dividit, hic titulus indicat deposita sub altari sancta sanctorum:

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Christi,
  Hic est martyribus crux sociata suis,

Nam crucis e ligno magnum brevis aſtula pignus,
Totaque in exiguo ſegmine vis crucis eſt.
Hoc Melani ſanctæ delatum munere Nolam,
Summum *Hieroſolymæ* venit ab urbe bonum,
Sancta Deo geminum velant altaria honorem,
Cum cruce apoſtolicos quæ ſociant cineres.
Quam bene iunguntur ligno crucis oſſa piorum.
Pro cruce ut occiſis in cruce ſit requies. »

[S. Paulinus Nol., *Epiſtola* XXXII, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 336); cf. *Epiſtola* XLV, *ad Auguſtinum* (ibid., c. 391).]

« Melania vero matrona nobilis & incola urbis Romanæ *Hieroſolymam* ob devotionem abiit, Urbano filio *Romæ* relicto. Quæ ita & in cuncta bonitate ac ſanctitate omnibus præbuit, ut Thecla vocaretur ab omnibus. »

[Gregorius Turonenſis, *Hiſt. Franc.*, l. I, c. 36 (ed. Bordier, I, p. 37).]

« Sancta quoque Melania fuit mulier urbica . . . . .

. . . .

Poſt hæc cum *Alexandriæ* præfectus Auguſtalis Iſidorum, Paphnucium, Pambo & Ammonium, & duodecim epiſcopos & preſbyteros, & alios quoſdam uſque ad centum & duodecim numero circa *Palæſtinam* & *Diocæſaream* damnaſſet exilio, hæc illos ſecuta, miniſterium ſuum eis ex propriis facultatibus tribuit; & cum a cuſtodibus prohiberetur hoc facere, tunc illa, veſte puerili ſumpta, circa veſpertinas horas deferebat eis omnia vitæ neceſſaria. Quo cognito, *Palæſtinæ* conſularis putans quod terrore quodam ex eius pecunia ſinus ſuos implere poſſet, iuſſit eam corripi & in carcerem trudi. Quæ tunc ei per internuncios ſic mandavit . . . .
Quibus ab exilio revocatis, monaſterium prope *Hieroſolymam* ſibi fecit, in quo xxvij annorum tempus implevit, quinquaginta ſorores virgines ſecum habens. Erat etiam cum ea Rufinus, civis Italicus, ex oppido *Aquileiæ*, vir ſapiens, nobilium fortiumque morum, qui & ad preſbyteratum poſtea meruit pervenire. Igitur in xxvij annis omnes apud *Hieroſolymam* ſanctos & peregrinos epiſcopos, monachos & virgines (hoc enim Deo voverant) ſuſcipere propriis ſumptibus ac fovere conſueverunt. Sed & cccc monachos, qui ſe propter Paulum ab eccleſia ſeparabant, rurſus eccleſiæ ſanctæ reddiderunt,

pluresque etiam alios homines perversæ sectæ, vera suadendo iugiterque docendo, ad ecclesiam revocarunt. »

[Vinc. Bellovac., *Specul. hist.*, l. XVII, c. 89 (ed. Duac., p. 686).]

(Cf. Palladius, *Hist. Lausiaca*, cc. 86, 117, 118 [Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1193, 1223-1228] & *Itinera græca*, I).

374 FLORENTIUS, *monachus*. (61)

« In ea mihi parte eremi commoranti, quæ iuxta *Syriam* Sarracenis iungitur, dilectionis tuæ scripta perlata sunt. Quibus lectis, ita reaccensus est animus *Ierosolymam* proficiscendi, ut pene nocuerit proposito, quod profuerit caritati. Nunc igitur, quomodo valeo, pro me tibi litteras repræsento, etsi corpore absens, amore tamen & spiritu venio.... »

[S. Hieronymus, *Epistola* V, *ad Florentium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 336).]

a. 375 INNOCENTIUS *presbyter*. (62)

[Palladius, *Hist. Lausiaca*, c. 103 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1209).]

a. 375 S. GREGORIUS, NAZIANZENUS *episcopus*, *in Palæstinæ scholis discipulus*. (63)

« Euzoius apud Thespesium rhetorem, cum Gregorio, Nazianzeno episcopo, adolescens Cæsareæ eruditus, & eiusdem postea urbis episcopus. »

[S. Hieronymus, *De viris illustribus*, c. 113 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 797); cf. S. Gregorius Nazianzenus, *Oratio* VII, *in laudem Cæsarij fratris*, c. 6 (Migne, *Patr. gr.*, XXXV, c. 761).]

a. 375 **THEOPHILUS, SERGIUS & HYGINUS, *monachi e Mesopotamia*. (64)

« Post hæc *Tigrim* flumen pertranseuntes, quintodecimo die intravimus *Ierusalem*, & ad *Sepulcrum* Domini nostri Ihesu Christi per cuncta loca sancta Sanctorum orantes, gratiarum actiones Christo salvatori omnium libavimus . . . »

[*Vita fabulosa s. Macarij Romani (AA. SS. Boll.*, 23 Oct., X, 571).]

375 *PHILASTRIUS, *episcopus Brixiensis*. (65)

« Sed circumiens universum pene ambitum Romani orbis, dominicum prædicavit verbum... »

[S. Gaudentius, Brixienfis epifcopus, *De f. Philaftrij virtutibus* (*AA. SS. Boll.*, Iul. IV, p. 387).]

« Ex immenfo amore, quem ad Chrifti paffionem gerebat, de licentia fummi pontificis ufque in *Hierufalem* pervenit, vifitaturus loca, in quibus Dominus nofter Iefus Chriftus noftram operatus eft falutem... »

[*Officium ant. f. Philaftr.*, lect. vj (*Ibid.*, p. 384).]

· 375 S. EUSEBIUS *Samofatenus.* (66)

« Eufebius interea, Samofatenus epifcopus, in *Thracia* exfilio deportatus, apoftolicis laboribus defudabat. Is enim multas ecclefias defolatas paftoribus effe confpiciens, habitu militari fumpto, & calamato caput operiens, *Syriam* peragrabat, & *Phœnicem*, pariter & *Palæftinam*, prefbyteros ordinans atque diaconos, aliaque ecclefiæ replebat officia. »

[Caffiodorus, *Hift. tripartita*, l. VII, c. 16 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 1081); cf. Theodoretus, *Hift. ecclef.*, l. IV, c. 12 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, c. 1148).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

· 375 ADOLIUS *de Tarfo, abbas.* (67)

[Palladius, *Hift. Laufiaca*, c. 104 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1208-1210).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

· 376 Iulius Honorius. (xvij)

« Iordanes *fluvius nafcitur fub* Libano *monte*, *circuiens eum pergit in lacum* Tiberiadem. *De quo exiens*, *fuo curfu excurrit ad* Scythopolim, *quam fecans ab ea exiens fundit in* mare Mortuum. *Currit milia dccxxxij.*

[Iulius Honorius, *Cofmographia* (Riefe, *Geogr. lat. minores*, p. 31); cf. *ibid.*, p. xxj.]

378. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

[Manfi, *Concilia*, III, 486.]

· 380 S. GREGORIUS, NYSSENSIS *epifcopus.* (68)

[S. Gregorius Nyffenfis, *Epiftola* II, *De iis qui adeunt Ierofolyma* (Migne, *Patr. gr.*, XLVI, c. 1012, 1013); *Vita f. Macrinæ*, Prologus (*ibid.*, c. 960).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 380 ALBIANUS *monachus, ex Ancyra Galatiæ.* (69)

[S. Nilus, *Oratio in Albianum* (Migne, *Patr. gr.*, LXXIX, c. 703).] (Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 380 PYNUPHIUS, *abbas in Ægypto & quidam fratres ex eadem regione.* (70)

« Ubi [in monafterio fuo quod eft in Ægypto, non longe a Panephyfi civitate] cum fuiffet [Pynuphius] modico tempore demoratus, eodem rurfus humilitatis defiderio atque ardore fuccenfus, captans nocturna filentia, ita diffugit, ut iam provinciam non vicinam fed ignotas & alienas longeque divifas regiones expeteret. Nam confcendens navem in *Palæftinæ* partes commeare curavit, credens fe tutius latitaturum, fi ad illa femetipfum afportaffet loca, in quibus ne nomen quidem fuum fuiffet auditum. Quo cum adveniffet, noftrum monafterium protinus expetivit, quod non longe fuit a fpelæo, in quo Dominus nofter Iefus Chriftus ex virgine nafci dignatus eft. In quo permodico tempore delitefcens, fecundum fententiam Domini (Math. V), tanquam civitas fuper montem pofita, diutius abfcondi non potuit. Nam continuo quidam fratrum, qui ad *loca fancta* de *Ægypti* partibus orationis caufa convenerant, agnitum eum fumma vi precum ad cœnobium fuum revocarunt. »

[Iohannes Caffianus, *De cænobiorum inftitutis*, l. IV, c. 31 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 192).]

« Ac furtim afcendens navem, ad *Palæftinam Syriæ* provinciam tranfmeavit [Pynuphius], ubi velut incipiens atque novitius in illo, in quo nos degebamus, monafterij receptus habitaculo, in noftra cellula ab abbate præceptus eft commanere. »

[Iohannes Caffianus, *Collationes*, XX, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 1150).]

c. 380 S. CAPRASIUS, *primus abbas Lerinenfis*, S. HONORATUS *Lerinenfis, poftea Arelatenfis epifcopus, fraterque eius* S. VENANTIUS, *qui deceffit in itinere.* (71)

« Interea eius magifterio fe fubdidit ille Chrifti præful, virtute, facerdotio & nomine Honoratus, Lerinenfis monafterij pater, qui poftmodum Arelatenfi ecclefiæ præfuit epifcopus: cui etiam adhæfit pretiofiffima illa gemma, interno fplendore

perſpicua, beatus videlicet Venantius, eiuſdem ſ. Honorati frater . . . .

« Qui [Capraſius] videns prædictos egregioſque duos iuvenes, Chriſtum ſitientes, Honoratum videlicet atque Venantium, patriam ac parentes pro Chriſto velle relinquere, eorum approbans propoſitum, per terras mariaque eos aſſidue comitatus eſt, licet iam eſſet ætatis gravitate confectus. Tranſcurſis igitur e *Nicomedia* immenſis terræ mariſque ſpatiis, vir Domini Capraſius cum duobus regalibus gemmis, Honorato ſcilicet & Venantio, Ciſalpinam ingreſſus provinciam, talibus lampadibus, fidei igne fulgentibus, ſanctam inſulam Lerinenſem illuſtravit. »

[*Vita ſ. Capraſij*, c. 4-5 (*AA. SS. Boll.*, 1 Iun. I, p. 78).]

« Exeunt de terra & de domo & de cognatione ſua, & exemplo pari vere Abrahæ filij demonſtrantur; ne quid tamen iuvenili auſu temere ab ipſis inceptum putaretur, aſſumunt ſenem perfectæ conſummatæque gravitatis, quem ſemper in Chriſto patrem computantes, patrem nominabant, ſ. Capraſium, angelica in terra adhuc converſatione degentem. Cuius quamquam dilectio veſtra nomen hactenus ignoraverit & adhuc neſciat vitam, amicis eum ſuis Chriſtus annumerat. Hunc, tamquam ordinatorem in Domino atque cuſtodem ſuæ ætatis, aſſumunt, quos cuſtodes ſibi plurima iuventus elegerat. Quæritur ergo peregrinationis latebra, fugitur fama virtutis. Ubicumque itur, ibi alia, velint nolint, fama pariebatur. Felices terræ & portus beati, quos cœleſtem patriam ſitiens peregrinus illuſtrat. Alij Orientis oras, & quæcumque alia plena ſanctis loca, accipiendi exempli gratia, accedunt; hi quidquid adeunt, exemplis bonis ſuſcitant. Spargitur ubique ſubſtantia, & in omni acceſſu eorum bonus Chriſti odor fragrat. » — *Hæc ſ. Hilarius, mortuus anno CCCCXLIX, id eſt annis novemdecim poſt obitum ſ. Capraſij, ſi huius deceſſus apte in actis proferatur.*

[Pſeudo-Hilarius, *Vita ſ. Honorati*, c. 2 (*AA. SS. Boll.*, 16 Ian. II, p. 18); cf. *Vita ſ. Venantij* (*Ibid.*, Mai. VII, p. 241).]

c. 380 ** S. DIONYSIUS AREOPAGITA. (72)

[Pſeudo-Dionyſius Ar., *De divinis nominibus* (ed. Corder., Lutetiæ, 1644, I, 452); cf. Gretſerus, *De ſacris peregrin.* (Ingolſt., 1606, in-4).]

p. 380 Gregorius Nyſſenſis. (xviij)

[Περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα δύο Ἐπιστόλαι (Migne, *Patr. gr.*, XLVI, cc. 1009-1016).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

382 S. PORPHYRIUS, *Theſſalonicus, epiſcopus Gazenſis, & eius diſcipulus* MARCUS. (73)

[Marcus Diaconus, *Vita ſ. Porphyrij*, c. 4-5 (cuius verſ. lat. ap. *AA. SS. Boll.*, 26 Febr. III, 646); *Vita ſ. Porphyrij* ex *Menæis Græcorum* (*Ibid.*, p. 645).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

385 EVAGRIUS *de Ponto*. (74)

« Eo ſiquidem tempore fuit Evagrius vir eloquentiſſimus atque mitiſſimus, a Gregorio epiſcopo Nazianzeno decenter eruditus, cuius etiam fuit archidiaconus. Ferunt enim eum aſpectu pulcherrimum, & circa cultum veſtitus ornatum. Cumque eum quidam ſenator zelotypus uxori ſuæ cognoviſſet eſſe notiſſimum, ei mortis parabat inſidias, quæ ad effectum pervenire potuerunt, niſi ei quædam terribilis & ſalutaris viſio prædixiſſet. Vidit enim in ſomno, quaſi pro crimine fuerit comprehenſus, ferroque vinctus pedibus manibuſque ad ſupplicium duceretur. Quod cum fieret, quidam protulit Evangelium, & promiſit eum de vinculis eſſe ſolvendum ſi ab urbe Conſtantinopolitana diſcederet, idque compulit ſibi iureiurando promitti. At ille, tactis Evangeliis, hoc ſe complere promiſit; & vinculis ſolutis experrectus eſt, ac ſacræ credens viſioni pericula declinavit. Tunc ab urbe Conſtantinopolitana venit in *Hieroſolymam*. »

[Caſſiodorus, *Hiſt. tripartita*, l. VIII, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 1110).]

[Cf. Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 86 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1190-1191), Sozomenus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VI, c. 30 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 1385) & *Itinera græca*, I.]

385 S. HIERONYMUS, *ſecunda vice*, PAULINIANUS, *frater eius*, VINCENTIUS, *preſbyter*, PAULINUS *Antiochenus, & alij plurimi*. (75)

« Dum in Babylone [Roma] verſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & iure Quiritium viverem, volui ali-

quid garrire de ſpiritu ſancto & cœptum opuſculum eiuſdem urbis pontifici dedicare . . . . .

« Ilico ego velut poſtliminio *Ieroſolymam* ſum reverſus, & poſt Romuli caſam & nudorum lupercal, diverſorium Mariæ & ſpeluncam Salvatoris aſpexi. »

[S. Hieronymus, *Ad Paulinianum, de Spiritu Sancto* (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 101).]

« Hæc, mi domina Aſella, quum iam navem conſcenderem, raptim flens dolenſque conſcripſi, & gratias ago Deo meo, quod dignus ſim, quem mundus oderit. Ora autem ut de *Babylone Ieroſolymam* regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonoſor, ſed Ieſus, filius Ioſeph . . . Saluta Paulam & Euſtochium, velit nolit mundus, in Chriſto meas. Saluta matrem Albinam, ſororemque Marcellam, Marcellinam quoque & ſanctam Felicitatem..... Memento mei, exemplum pudicitiæ & virginitatis inſigne, fluctuſque maris tuis precibus mitiga... »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XIV, *ad Aſellam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 482-484) ; cf. Flodoardus, *De triumphis Chriſti in Pal.*, l. III, c. 7 (*Ibid.*, CXXXV, cc. 517-519).]

« Vis noſſe profectionis meæ de Urbe ordinem ? Narrabo breviter. Menſe auguſto, flantibus eteſiis, cum ſancto Vincentio preſbytero & adoleſcente fratre & aliis monachis, qui nunc *Ieroſolymæ* commorantur, navim in Romano portu ſecurus aſcendi, maxima me ſanctorum frequentia proſequente. Veni *Rhegium*, in *Scyllæo* littore paululum ſteti, ubi veteres didici fabulas & præcipitem pellacis Ulyſſis curſum, & Sirenarum cantica, & inſatiabilem Charybdis voraginem. Quumque mihi accolæ illius loci multa narrarent, darentque conſilium, ut non ad *Protei columnas*, ſed ad *Ionæ portum* navigarem, hunc enim fugientium & turbatorum, illum ſecuri hominis eſſe curſum, malui per *Maleas* & *Cycladas Cyprum* pergere. Ubi ſuſceptus a venerabili epiſcopo Epiphanio, cuius tu teſtimonio gloriaris, veni *Antiochiam*, ubi fruitus ſum communione pontificis confeſſoriſque Paulini, & deductus ab eo media hieme & frigore graviſſimo, intravi *Ieroſolymam*. Vidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobavi. Inde contendi *Ægyptum*, luſtravi monaſteria *Nitriæ*, & inter ſanctorum choros aſpides latere perſpexi. Protinus concito gradu *Bethleem* meam reverſus ſum, ubi adoravi præſepe & incunabula

Salvatoris. Vidi quoque famofiffimum lacum, nec me inerti tradidi otio, fed multa didici, quæ ante nefciebam . . . »

[S. Hieronymus, *Adverfus Rufinum*, l. III, c. 22 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 475).]

« Iam canis fpargebatur caput, & magiftrum potius quam difcipulum decebat. Perrexi tamen *Alexandriam*, audivi Didymum: in multis ei gratias ago. Quod nefcivi, didici: quod fciebam, illo docente, non perdidi. Putabant me homines finem feciffe difcendi. Veni rurfum *Ierofolymam* & *Bethleem.* »

[S Hieronymus, *Epiftola* LXXIV, *ad Pammachium & Oceanum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 745).]

« Quæfo ergo te, ne me tanto itinere vexatum, fruftra veniffe patiaris. Scit enim Dominus, quod poft vifionem fanctorum Locorum, hanc vel maxime caufam habui ut cum tuis litteris forori mederer ac matri.

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXVII (fictitia), *ad matrem & filiam in Gallia commorantes* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 954).]

« Unde quia pene nobis illud de Evangelio contigit, ut futuræ turris non ante fupputaremus expenfas, compulfi fumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere, ut femirutas villulas, quæ barbarorum effugerunt manus & parentum communium cenfus venderet, ne cœptum fanctorum minifterium deferentes, rifum maledicis & æmulis præbeamus. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* LXVI, *ad Pammachium*, c. 14 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 647).]

« Frater meus Paulinianus necdum de patria reverfus eft, & puto quod eum *Aquileiæ* apud fanctum papam Chromatium videris. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* LXXXI, *ad Rufinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 735).]

« Fratrem meum caufam dicit effe difcordiæ, hominem qui quiefcit in monafterij cellula, & clericatum non honorem interpretatur, fed onus. Cumque nos ufque ad præfentem diem ficta pacis oftenfione lactaverit, Occidentalium facerdotum commovit aures, dicens eum adolefcentulum & pene puerum in parœcia fua *Bethleem* prefbyterum confti-

tutum. Si hoc verum eſt, cuncti Palæſtini epiſcopi non ignorant. Monaſterium enim ſancti papæ Epiphanij nomine *Vetus* dictum, in quo frater meus ordinatus eſt preſbyter, in *Eleutheropolitano* territorio, & non in *Æelienſi* ſitum eſt. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXXII, *ad Theophilum*, c. 8 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 740).]

« Hoc tempore Hieronymus preſbyter toto iam mundo clarus habitat in *Bethleem*, egregio ingenio & ſtudio univerſæ eccleſiæ ſerviens. »

[S. Proſper Aquitanus, *Chronicon*, pars II (Migne, *Patr. lat*, LI, c. 586).]

« His [Valentiniano & Theodoſio] coſſ. Hieronymus preſbyter, in *Bethleem* poſitus, toto mundo mirabilis habetur. »

[Caſſiodorus, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 1242).]

« Hieronymus preſbyterio præditus, in *Bethleem Iudæ* vicina conſiſtens, præcipuus habetur in cunctis. »

[Idatius, *Chronicon*, l. I, c. 12 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 876).]

« Nonageſimus ferme, ut perhibent, poſtea in Domino requievit [Hieronymus]. Quem *Stridon* oppidum genuit, *Roma* inclyta erudivit, *Bethleem* alma tenet, ſpiritum aula cœleſtis ſuſcepit. »

[Gennadius, *De ſcriptoribus eccleſiaſticis*, *Prologus* (Migne, *Patr. lat.*, LVIII, c. 1060); cf. ſ. Hieronymus, *Liber contra Iohannem Hieroſolymit.*, c. 41 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 392 & ſ.).]

[Cf. ſ. Epiphanius, *Epiſtola ad Iohannem Hieroſolymit.* (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 379 & ſ.); Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 78 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1180) & *Itinera græca*, I.]

5-420 SABINIANUS *diaconus*, *ex Italia*. (76)

« Noverat te omnis Italia . . . . *Romam* occultus ingrederis, latitas inter Samnitas latrones, & ad primum mariti nuntium, quod novus tibi ex Alpibus Hannibal deſcendiſſet, navigio te credis in tuto. Tanta fugæ celeritas fuit, ut tempeſtatem terra duceres tutiorem. Venis utcumque in *Syriam*, inde te velle *Ieroſolymam* tranſcendere, & ſerviturum Domino polliceris . . . .

« Infeliciſſime mortalium, tu ſpeluncam illam, in qua Dei Filius natus eſt, & veritas de terra orta eſt, & terra dedit fructum ſuum, de ſtupro condicturus ingrederis. Non times

ne de præſepi infans vagiat, ne puerpera Virgo te videat, ne mater Domini contempletur . . . .

« Iaces itaque advolutus genibus meis, & heminam, ut tuis verbis utar, ſanguinis deprecaris. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXLVII, *ad Sabinianum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, cc. 1199, 1201, 1203).]

386 PAULA & EUSTOCHIUM. (77)

[S. Hieronymus, *Peregrinatio ſanctæ Paulæ* (ed. ſupra, t. I, p. 29 & ſ.).]

« Nihil mihi aliud obiicitur niſi ſexus meus, & hoc nunquam obiicitur, niſi quum *Ieroſolymam* Paula proficiſcitur. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* XLV, *ad Aſellam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 481); cf. Flodoardus, *De triumphis Chriſti in Palæſtina*, l. II, c. 8 & 18 (Migne, *Patr. lat.*, CXXXV, cc. 519, 525) & infra ad ann. 404.]

[Cf. Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 79 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1180); Anonymus, *Vita ſ. Martiniani*, c. 10 (cuius verſ. lat. ap. *AA. SS. Boll.*, 13 Feb., II, p. 669) & *Itin. græca*, I.]

386 *PAULA & EUSTOCHIUM*, *De locis ſanctis*. (xix)

[Editum ſupra, I, pp. 41-47.]

386 GALLI, BRITANNI, ARMENII, PERSÆ, INDI, AETHIOPI & MONACHI *ex Aſia Minore*. (78)

[Paula & Euſtochium, *De Locis SS.*, ſupra, t. I, p. 44.]

386 **THEODOSIUS MAGNUS *habitu privati hominis*. (79)

[Cedrenus, *Compendium hiſtoriarum* (ed. Bonn., t. I, p. 567).]

386-390 S. GAUDENTIUS, *Brixienſis epiſcopus*. (80)

« Iam quid poſt iſtos decem de Quadraginta Martyribus dignum loquar, qui ſe itineri meo, cum per urbes Cappadociæ *Ieruſalem* pergerem, fideles comites præbere dignati ſunt? »

[S. Gaudentius, *Sermo* XVII (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 964); cf. *AA. SS. Boll.*, 26 Oct. XI, p. 588 & ſ.]

389. Synodus Antiochena.
[Manſi, *Concilia*, III, 687.]

388 S. Hieronymus. (xx)

[*Onomaſticon urbium & locorum ſacræ ſcripturæ*, verſio Euſebij (v. ſupra ad ann. 320), ed. F. Larſow & G. Parthey, Berol., 1862, in-8. — *Liber interpretationis hebraicorum nominum*, ed. Paulus de Lagarde, Gœttingue, 1870, in-8.]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

390 Iohannes Cassianus & Germanus, *ambo Scythi, quorum primus per 30 circiter annos ab anno 360-390 in monaſterio quodam Bethleem vitam egerat.* (81)

« Poſcis, præcipiſque ut inſtituta monaſteriorum, quæ per *Ægyptum* ac *Palæſtinam* cuſtodiri conſpeximus, ita ut ibi nobis a patribus tradita ſunt, quamvis imperito digeram ſtylo . . . .

« Secundum eam quam vidimus monaſteriorum regulam, per *Ægyptum* vel *Palæſtinam* antiquitus fundatorum, fideli ſermone vel adiiciam vel recidam. »

[Ioh. Caſſianus, *De cœnobiorum inſtitutis*, *Præfatio* (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 55 & 59).]

« . . . . . Una cum ſancto abbate Germano, cum quo mihi ab ipſo tyrocinio ac rudimentis militiæ ſpiritalis ita individuum deinceps contubernium tam in cœnobio, quam in eremo fuit, ut cuncti ad ſignificandam ſodalitatis ac propoſiti noſtri parilitatem pronuntiarent, unam mentem atque animam duobus ineſſe corporibus . . . . »

[Ioh. Caſſianus, *Collationes*, I, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 483); cf. *Collationes*, XXIV, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 1282).]

« Nam etiam ſi revelatus tibi tepor noſter impetrare id quod expetimus non meretur, debet hoc ſaltem labor tanti itineris obtinere, quod huc de *Bethleemitici* cœnobij rudimentis, inſtitutionis veſtræ deſiderio & profectus noſtri amore, properavimus. »

[Ioh. Caſſianus, *Collationes*, XI, c. 5 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 851).]

« Sciendum eſt tamen hanc matutinam, quæ nunc in occiduis vel maxime regionibus, canonicam functionem noſtro

tempore in noſtro quoque monaſterio primitus inſtitutam, ubi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, natus ex Virgine, humanæ infantiæ ſuſcipere incrementa dignatus, noſtram quoque adhuc in religione teneram & lactentem infantiam ſua gratia confirmavit. »

[Ioh. Caſſianus, *De cœnobiorum inſtitutis*, l. III, c. 4 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 126).]

« Cum de *Syriæ* partibus ſeniorum ſcita diſcere cupientes, *Ægypti* provinciam petiſſemus, ibique tanta cordis alacritate nos ſuſcipi miraremur, ut nulla prorſus, ſicut fueramus in *Palæſtinæ* monaſteriis inſtituti . . . .

[Ioh. Caſſianus, *De cœnobiorum inſtitutis*, l. V, c. 24 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 242).].

« Itaque cum de *Palæſtinæ* monaſteriis ad oppidum *Ægypti*, quod *Diolcos* appellatur, rudes admodum veniſſemus. »

[Ioh. Caſſianus, *De cœnobiorum inſtitutis*, l. V, c. 36 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 255); cf. *ibid.* l. IV, c. 31; *Collationes*, XI, c. 1, XVII, c. 5, 6, 7, 10; XXIV, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 847, 1048-1050, 1055, 1282) & ſupra, p. 70, ſub n. *Pynuphius*.]

— c. 390 *MONACHI *duo, qui caput ſ. Iohannis Baptiſtæ invenerunt.* (82)

« Ioannes præcurſor Domini & Baptiſta caput ſuum . . . duobus Orientalibus monachis ob adorandam apud *Hieroſolymam* Chriſti Domini reſurrectionem introeuntibus revelavit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes admoniti requirerent, fideliterque humo extollerent . . . »

[Marcellinus comes. *Chron.*, ad ann. 453 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 928).]

« Ioannes Baptiſta caput ſuum duobus monachis orientalibus, qui ob orationem venerant *Hieroſolymam*, iuxta Herodis quondam regis habitaculum revelat, quod deinceps *Emiſam*, *Phœniciæ* urbem, perlatum & digno honore cultum eſt . . . »

[Beda, *De ſex ætatibus mundi* (*Mon. Brit. hiſtorica*, p. 94); cf. *De prima inventione capitis ſ. Iohannis*, c. 1 (*AA. SS. Boll.*, Iun. IV, 716).]

[Cf. Sozomenus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VII, c. 24; *Synaxarium arab.* (cuius verſ. lat. ap. *AA. SS. Boll.*, Iun. IV, 712) & *Itinera græca*, I, *Itinera arabica*, I.]

c. 390 *Talmud Hierofolymitanum.* (xxj)

[Jitomir, 1860-1867, 4 v. in-f., paffim; cf. Ad. Neubauer, *La géographie du Talmud* (P., 1868, in-8).]

(Cf. *Itinera hebraïca*, I.)

c. 390 EXUPERANTIUS *& frater eius* QUINTILIANUS *ex Italia.* (83)

« Vidua illa in Evangelio paupercula, quæ duo minuta mifit in gazophylacium, cunctis præfertur divitibus, quia totum quod habuit dedit. Et tu igitur eroganda non quæras, fed quæfita iam tribue, ut fortiffimum tyrunculum fuum Chriftus agnofcat, ut lætus tibi de longiffima regione venienti occurrat Pater, ut ftolam tribuat, ut donet annulum, ut immolet pro te vitulum faginatum, ut expeditum cum fancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat navigare. Pulfavi amicitiarum fores ; fi aperueris, nos crebro habebis hofpites. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXLV, *ad Exuperantium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1191).]

(Cf. Palladius, *Hift. Laufiaca*, c. 80 [Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1180] & *Itin. græca*, I.)

390-400. S. IOHANNES CHRYSOSTOMUS LOCA SANCTA ET PEREGRINATIONES AD EA LAUDAT.

[S. Ioh. Chryfoftomus, Ὁμιλίαι περὶ Ματθαίου, VII, c. 2 (Migne, *Patr. gr.*, LVII, 74) ; Εἰς τὸν μθ' ψαλμόν, c. 1 (Migne, *Patr. gr.*, LV, c. 242) ; Εἰς τὸν ρθ' ψαλμόν, c. 6 (Migne, *Patr. gr.*, LV, c 274) ; Εἰς τὸν μζ' ψαλμόν, c. 3-4 (Migne, *Patr. gr.*, LV, c. 221) ; Ὁμιλία ιθ' εἰς τοὺς ἀνδριάντας ἐν Ἀντιοχείᾳ, c. 3 (Migne, *Patr. gr.*, XLIX, c. 191). (*Ex his pluribus f. Ioh. Chryfoftomi peregrinationum, Terræ Sanctæ & in primis Hierufalem laudibus, forte coniici poffet illum quum, vel in Antiochia vel in proxima regione, vitam ageret* (*ann.* 347-398), *Loca Sancta vifitaffe. Nufquam tamen, nec in eius operibus, nec alias, hoc iter fufcepiffe expreffe refertur*).]

393 ALYPIUS. (84)

« ... Quanquam ergo percupiam omnino te noffe, tamen exiguum quiddam tui minus habeo, præfentiam videlicet corporis; quam ipfam etiam pofteaquam te beatiffimus nunc epifcopus, tum vero iam epifcopatu dignus, frater Alypius vidit, remeanfque a me vifus eft, negare non poffum magna ex parte mihi effe relatu eius impreffam... »

[S. Augustinus, *Epistola* XXVIII, *ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 111).]

393. Desiderium et Serenillam sororem eius ad Hierosolymitanam peregrinationem hortatur s. Hieronymus.

« Itaque quod venerabilis Paula me est deprecata ut facerem, sponte facio, hortorque vos (Desiderium & Serenillam) & precor per Domini charitatem, ut nobis vestros tribuatis aspectus; & per occasionem Sanctorum Locorum, tanto nos ditetis munere. Certe si consortia nostra displicuerint, adorasse ubi steterunt pedes Domini pars fidei est, & quasi recentia nativitatis & crucis ac passionis vidisse vestigia . . . »

[S. Hieronymus, *Epistola* XLVII, *ad Desiderium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 493).]

393 *Aterbius (85)

« Aterbius contra te (Rufinum) latrabat *Hierosolymis*, & nisi cito abiisset, sensisset baculum non litterarum sed dexteræ tuæ, quo tu canes abigere consuevisti. »

[S. Hieronymus, *Apologia adversus libros Rufini*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 481).]

393-394 Anonymus *qui Domnionis Romani epistolam ad s. Hieronymum attulit.* (86)

« Litteræ tuæ & amorem pariter sonant & querelam. »

[S. Hieronymus, *Epistola* L, *ad Domnionem* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 512).]

394 Ambrosius, *qui Paulini Nolani (?) s. Hieronymo munera attulit.* (87)

« Frater Ambrosius tua mihi munuscula ferens detulit & suavissimas litteras, quæ a principio amicitiarum fidem iam probatæ fidei & veteris amicitiæ præferebant. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LIII, *ad Paulinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 540).]

394 Profuturus, *postea Cirthensis episcopus, a s. Augustino ad s. Hieronymum missus, sed iter minime aggressus.* (88)

« Nequaquam impudenter commendo germanitati tuæ fratrem Profuturum, quem nostris conatibus, deinde adiutorio tuo vere profuturum speramus. . . . .

« Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem & de christiano studio conferre; sed huic desiderio meo nulla

epiſtola ſatis eſt. Uberius id ipſum poſſum per fratrem [Profuturum], quem miſcendum & alendum dulcibus atque utilibus ſermocinationibus tuis miſiſſe me gaudeo. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* XXVIII, *ad ſ. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, cc. 111, 114).]

« Primas etiam, quas ad te adhuc preſbyter litteras præparaveram mittendas per quemdam fratrem noſtrum Profuturum, qui poſtea collega nobis factus, iam ex hac vita migravit, nec eas tunc ipſe perferre potuit, quia continuo dum proficiſci diſponit, epiſcopatus ſarcina detentus, ac deinde in brevi defunctus eſt, etiam nunc mittere volui. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* LXXI, *ad S. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 241).]

« Crebras ad me epiſtolas dirigis, & ſæpe compellis cuidam epiſtolæ tuæ, ... quam primum per fratrem Profuturum, ſecundo per quemdam alium te miſiſſe ſignificas; & interim Profuturum retractum de itinere & epiſcopum conſtitutum veloci morte ſubtractum: illum cuius nomen retices, maris timuiſſe diſcrimina, & navigationis mutaſſe conſilium. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CV, *ad ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 834).]

394 S. EPIPHANIUS, *epiſcopus Salamidis in Cypro.* (89)

« Nos hic eramus, cuncta novimus, quando contra Origenem in eccleſia tua papa Epiphanius loquebatur, quando ſub illius nomine in vos iacula torquebantur. Tu & chorus tuus, canino rictu, naribuſque contractis, ſcalpentes capita, delirum ſenem nutibus loquebamini. Nonne ante Sepulchrum Domini, miſſo archidiacono, præcepiſti, ut talia diſputans contiſceret....? Nonne cum de Anaſtaſi pergeretis ad Crucem, & ad eum omnis ætatis & ſexus turba conflueret, offerens parvulos, pedes deoſculans, fimbrias vellens, cumque non poſſet promovere gradum, ſed in uno loco vix fluctus inundantis populi ſuſtineret, tu, tortus invidia, adverſus glorioſum ſenem clamitabas? »

[S. Hieronymus, *Liber contra Iohannem Hieroſolymit.*, c. 11 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 363).]

« Antequam ſanctus Epiphanius veniſſet *Hieroſolymam*, & ore quidem & oſculo tibi pacem daret, mala autem & dolos

in ſuo corde ſervaret, antequam nos ei ſuggillationem tui epiſtolas dictaremus, ut hæreticum ſcriberet, quem oſculis orthodoxum comprobavit, Aterbius contra te latrabat *Hieroſolymis*, & niſi cito abiiſſet, ſenſiſſet baculum non litterarum, ſed dexteræ tuæ, quo tu canes abigere conſueviſti. »

[S. Hieronymus, *Apologia adverſus libros Rufini*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 481).]

(Cf. ſ. Epiphanius, *Epiſtola ad Iohannem Hieroſolymit.* [Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 379 & ſ.]; Iohannes, *Vita ſ. Epiphanij*, c. 27 [Migne, *Patr. gr.*, XLI, c. 58]; Sozomenus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VI, c. 22 [Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 1392], & *Itinera græca*, I.)

394 EUSEBIUS *Cremonenſis.* (90)

« Erat in monaſterio noſtro vir apud ſuos haud ignobilis, Euſebius Cremonenſis, qui cum hæc epiſtola per multorum ora volitaret, & mirarentur eam pro doctrina & puritate ſermonis docti pariter & indocti, cœpit a me obnixe petere, ut ſibi eam in latinum verterem, & propter intelligendi facilitatem apertius explicarem; græci enim eloquij penitus ignarus erat... »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LVII, *ad Pammachium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, 568).]

« Habes hic amantiſſimum tui fratrem Euſebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicavit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſæculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LIV, *ad Paulinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 549); cf. Franc. Ferrarius, *Vita ſ. Euſebij*, c. 1 (*AA. SS. Boll.*, 5 Mart., I, 371).]

394 *PSEUDO-RUFINUS, *II[i] Vitarum Patrum libri anonymus auctor, & ſocij eius, qui Ieroſolymam primo & deinde Ægyptum peragrarunt.* (91)

« Quumque [Iohanni Lycopolitano eremitæ] reſpondiſſemus, quod de *Ieroſolymis* ad eum utilitatis & profectus animæ cauſa venerimus [*Lycum*] ..... »

[*Vitæ Patrum*, l. II, c. 1 (ed. Roſweyd, Antvp., 1628, p. 451); cf. *AA. SS. Boll.*, Oct. II, 428.]

c. 394 ANONYMUS *qui Furiæ, matronæ romanæ, epiſtolam ad ſ. Hieronymum attulit.* (92)

« Obſecras litteris, & ſuppliciter deprecaris ut tibi ſcribam, imo reſcribam . . . . . »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LIV, *ad Furiam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 550).]

c. 394 ANONYMUS *qui Amandi, Burdigalenſis preſbyteri, epiſtolam ad ſ. Hieronymum attulit.* (93)

« Brevis epiſtola longas explanare non valet quæſtiones, & in arctum concludens, ſtringere verbis, quod ſenſibus dilatatum eſt. Interrogas quid ſignificet illud in Evangelio iuxta Matthæum : « Nolite ſolliciti eſſe de craſtino : ſufficit enim diei malitia ſua (Matth., VI, 34). »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LV, *ad Amandum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 560).]

c. 394 A. Prudentius Clemens. (xxij)

« *Excidio Templi veteris ſtat prima ſuperſtes,*
Structus enim lapide ex illo manet angulus uſque
In ſæclum ſæcli, quem ſprerunt ædificantes.
Nunc caput eſt Templi & laterum compago duorum. »

[Aur. Prudentius Clemens, *Dittocheum*, v. 121-124 (Migne, *Patr. lat.*, LIX, c. 104).]

a. 395 POSIDONIUS, *ex Thebaïde, in Bethleem abbas.* (94)

[Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 77 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1179).]
(Cf. *Itin. græca*, I.)

a. 395 PETRUS *quidam Ægyptius a ſ. Hieronymo e Palæſtina eiectus.* (95)

[Palladius, *Hiſt. Lauſiaca*, c. 81 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1180).]
(Cf. *Itin. græca*, I.)

395. S. HIERONYMUS DE PEREGRINATIONIBUS IN TERRAM SANCTAM SENTENTIAM PROFERT.

« Non *Ieroſolymis* fuiſſe, ſed *Ieroſolymis* bene vixiſſe laudandum eſt. Illa expetenda, illa laudanda eſt civitas, non quæ occidit prophetas & Chriſti ſanguinem fudit, ſed quam fluminis

impetus lætificat, quæ in monte ſita celari non poteſt . . . Neque vero hoc dicens, memetipſum inconſtantiæ redarguo, damnoque quod facio, ut fruſtra videar ad exemplum Abraham & meos & patriam reliquiſſe; ſed non audeo Dei omnipotentiam anguſto fine concludere, & coarctare parvo terræ loco quem non capit cœlum . . . Crucis igitur & Reſurrectionis loca proſunt his, qui portant crucem ſuam & cum Chriſto reſurgunt quotidie, qui dignos ſe tanto exhibent habitaculo . . . . Antonius & cuncta *Ægypti* & *Meſopotamiæ*, *Ponti*, *Cappadociæ* & *Armeniæ* examina monachorum non viderunt *Ieroſolymam*, & patent illis abſque hac urbe Paradiſi ianuæ. Beatus Hilarion, quum Palæſtinus eſſet & in Palæſtina viveret, uno tantum die vidit *Ieroſolymam*, ut nec contemnere *Loca Sancta* propter viciniam, nec rurſus Dominum loco claudere videretur. Ab Hadriani temporibus uſque ad imperium Conſtantini, per annos circiter centum octoginta, in loco Reſurrectionis ſimulacrum Iovis, in Crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris a gentibus poſita celebratur, exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem Reſurrectionis & Crucis, ſi *Loca Sancta* per idola polluiſſent: *Bethleem* nunc noſtram, & auguſtiſſimum orbis locum, de quo Pſalmiſta canit: « *Veritas de terra orta eſt* » (Pſ. LXXXIV, 12), lucus inumbrabat Thamus, id eſt Adonidis, & in ſpecu, ubi quondam Chriſtus parvulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur.

Cur, inquiens, hæc tam longo repetita principio? Videlicet ne quidquam fidei tuæ deeſſe putes, quia *Ieroſolymam* non vidiſti; nec nos idcirco meliores æſtimes, quod huius loci habitaculo fruimur . . . . Si Crucis & Reſurrectionis loca non eſſent in urbe celeberrima, in qua curia, in qua aula militum, in qua ſcorta, mimi, ſcurræ & omnia ſunt, quæ ſolent in cæteris urbibus, vel ſi monachorum turbis ſolummodo frequentaretur, expetendum revera huiuſcemodi cunctis monachis eſſet habitaculum. Nunc vero ſummæ ſtultitiæ eſt renunciare ſæculo, dimittere patriam, urbes deſerere, monachum profiteri, & inter maiores populos peregre vivere, quam eras victurus in patria. De toto huc orbe concurritur. Plena eſt civitas univerſi generis hominum, & tanta utriuſque ſexus conſtipatio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris . . .

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LVIII, *ad Paulinum*, *De inſtitutione monachi* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 580).]

395. Antiochia ab Hunnis obsidetur.

« Ecce tibi anno præterito ex ultimis *Caucaſi* rupibus immiſſi in nos, non iam *Arabiæ*, ſed ſeptentrionis lupi, tantas brevi provincias percurrerunt. Quot monaſteria capta? quantæ

fluviorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa *Antiochia*, & urbes reliquæ quas *Halis*, *Cydnus*, *Orontes*, *Euphrates* præterfluunt. Tracti greges captivorum: *Arabia*, *Phœnice*, *Palæſtina*, *Ægyptus* timore captivæ.

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LX, c. 16, *ad Heliodorum* (Migne, *Patr. lat*, XXII, c. 696).]

« . . . . . Alij per terga ferocis
Danubij ſolidata ruunt, expertaque remos
Frangunt ſtagna rotis. Alij per Caſpia clauſtra,
Armeniaſque nives inopino tramite ducti,
Invadunt Orientis opes. Iam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum:
Iam rubet altus Halys, nec ſe defendit iniquo
Monte Cilix. Syriæ tractatus vaſtantur amœni,
Aſſuetumque choris & læta plebe canorum,
Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem. »

[Claudianus, *Adverſus Rufinum*, l. II, v. 26 & ſ. (ed. Pariſ., 1824, t. I, p. 182); cf. Socrates, *Hiſt. eccleſ.*, l. VI, c. 1; Sozomenus, *Hiſt. eccleſ.*, l. VIII, c. 1 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, cc. 661, 1509).]

c. 395 FABIOLA, *patricia Romana*, & OCEANUS, *amicus eius*. (96)

« Unde repente & contra opinionem omnium *Ieroſolymam* navigavit [Fabiola], ubi multorum excepta concurſu, noſtro parumper uſa eſt hoſpitio. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXVII, *ad Oceanum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 694).]

« Quis *Bethleem* de cubiculo fratris Euſebij furatus eſt epiſtolam laudatricem tuam? Cuius artificio & a cuius miniſtris, in ſanctæ Fabiolæ hoſpitio & viri chriſtiani & prudentis Oceani, inventus eſt codex, quem illi nunquam viderant? »

[S. Hieronymus, *Adverſus Rufinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXIII c. 460).]

c 395 SS. ANDRONICUS, *argentarius*, *eiuſque uxor* ATHANASIA. (97)

[*Acta ex Menæis*, c. 4 (*AA. SS. Boll.*, 9 Oct., IV, p. 999); Simeon Metaphraſtes, *Vita ſ. Andronici & eius coniugis*, c. 4, *latine tantum edita* (Migne, *Patr. gr.*, CXV, c. 1051); Surius, *Vitæ ſanctorum*, 25 Feb. (ed. Colon., I, p. 214); cf. codd. mſſ. Bibl. Nat. Par., græc. 1598 (Colbert, 670) f. 12 *a*, & Coiſlin 232, f. 268 *b*; 283, f. 291 *b*.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 395 PALLADIUS, *discipulus s. Evagrij, &* INNOCENTIUS (?) *presbyter.* (98)

[Palladius, *Hist. Lausiaca*, cc. 43, 77 & 103 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1114, 1179, 1209); cf. s. Epiphanius, *Epistola ad Iohannem Hierosolymit.*, c. 9 (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 392).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

396 VIGILANTIUS, *Gallus presbyter.* (99)

« Sanctum Vigilantium presbyterum qua aviditate susceperim melius est ut ipsius verbis quam meis discas litteris. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LVIII, *ad Paulinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 586).]

« Videlicet si ad hæc respondero, statim latrabis meam me causam agere, qui tanta cunctos largitate donasti, ut nisi venisses *Hierosolymam* & tuas vel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitaremur fame. »

[S. Hieronymus, *Adversus Vigilantium* (Migne, *Patrol. lat.*, XXIII, c. 349); cf. eiusdem *Epistola* LXI, *ad Vigilantium*, præf. c. 3 (*Ibid.*, XXII, c. 604); Gennadius, *De script. eccles.*, c. 35 (Migne, *Patr. lat.*, LVIII, c. 1078).]

396 S. ISIDORUS (*forte qui Hospitalarius*), *a Theophilo, Alexandrino patriarcha, in Palæstinam missus.* (100)

« Denique quam pacificas & ad concordiam pertinentes per Isidorum presbyterum litteras nobis miseris, hinc probamus, quod illas qui pacem falso iactant reddere noluerint. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LXXXII, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 741).]

« Misisti religiosissimum hominem Dei Isidorum presbyterum . . . .
Recte gratias agis, nisi enim venisset Isidorus, tu in tota *Palæstina* tam fidelem sodalem non invenisses . . . . .
« Cum ergo huc venisset, & accessisset ad nos tribus vicibus, & admovisset tam divinæ sapientiæ tuæ, quam propriæ intelligentiæ habentia medicinam verba, nec profuit ei quisquam....
« Hic qui ad tres vices dicitur ad nos accessisse, ut in veniendo mysticum numerum conservaret, qui Theophili episcopi mandatum nobis loquebatur, litteras ad nos ab eo missas noluit reddere. Cumque diceremus : Si epistolas non habes, quomodo legatum te probabis ? respondit se habere

quidem litteras ad nos, adiuratum tamen ab *Hierofolymorum* epifcopo, ne nobis eas redderet . . . . .

« Poft duos ergo menfes tandem expectatus venit Ifidorus, qui non, ut tu fingis, pro te teftimonium, fed caufam poftulatæ fatiffactionis audivit. »

[S. Hieronymus, *Contra Iohannem Hierofolymitanum*, cc. 37, 38, 39 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, cc. 390, 392).]

396. Terræ motus in Palæstina.

[S. Hieronymus, *Adverfus Vigilantium*, c. 11 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 348); f. Profperus, *Chronicon*, ad ann. 396 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 588); Marcellinus comes, *Chronicon*, ad ann. 396 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 920).]

396 Sysinnius, *qui falfarij cuiufdam epiftolam ad f. Hieronymum attulit.* (101)

« . . . . Tuæ litteræ ad me pervenerunt, quibus fatisfacis, te contra parvitatem meam librum *Romam* non mififfe. Hoc nec ego factum audieram, fed epiftolæ cuiufdam, quafi ad me fcriptæ, per fratrem noftrum Syfinnium diaconum huc exemplaria pervenerunt. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* CII, *ad f. Auguftinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 830).]

« Crebras ad me epiftolas dirigis & fæpe compellis, ut refpondeam cuidam epiftolæ tuæ, cuius ad me, ut ante iam fcripfi, per fratrem Syfinnium diaconum exemplaria pervenerunt abfque fufcriptione tua, & quam primum per fratrem Profuturum, fecundo per quemdam alium te mififfe fignificas; & interim Profuturum retractum de itinere & epifcopum conftitutum veloci morte fubtractum, illum, cuius nomen retices, maris timuiffe difcrimina & navigationis mutaffe confilium.

« Quæ cum ita fint, fatis mirari nequeo, quomodo ipfa epiftola & *Romæ* & in Italia haberi a plerifque dicatur, & ad me folum non pervenerit, cui foli miffa eft; præfertim cum idem frater Syfinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam fe non in *Africa*, non apud te, fed in infula *Adriæ*, ante hoc ferme quinquennium reperiffe. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* CV, *ad f. Auguftinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 834).]

c. 396 VIDUA AC FILIA RUFINI, *palatinorum ordinum in Conſtantinopoli magiſtri.* (102)

« Vidua & filia Rufini exſulant. »

[Marcellinus comes, *Chronicon,* ad ann. 396 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 920).]

(Cf. Zozimus, *Hiſt. rom.*, l. V, c. 8 [ed. Bonn., p. 256], & *Itinera græca*, I.)

ant. a. 397 CASTRUTIUS *quidam Pannonius, ſ. Hieronymum viſitaturus, Palæſtinam vero non aggreſſus.* (103)

« Sanctus filius meus Heraclius diaconus mihi retulit, quod cupiditate noſtri *Ciſſam* uſque veniſſes, & homo Pannonius, id eſt terrenum animal, non timueris *Adriatici* maris æſtus & *Ægij* atque *Ionij* ſubire diſcrimina. Et niſi te pius fratrum retinuiſſet affectus, voluntatem opere compleſſes. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXVIII, *ad Caſtrutium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 651).]

397. S. HIERONYMUS DIVERSORIUM AD EXCIPIENDOS MONACHOS ET PEREGRINOS BETHLEEM EXTRUIT.

« Nos in iſta provincia, ædificato monaſterio & diverſorio propter extructo, ne forte & modo Ioſeph cum Maria in *Bethleem* veniens, non inveniat hoſpitium, tantis de toto orbe confluentibus turbis monachorum, ut nec cœptum opus deſerere nec ſupra vires ferre valeamus. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXVI, *ad Pammachium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 647).]

397. ANTIOCHIA SECUNDA VICE OBSIDETUR AB HUNNIS, QUI HIEROSOLYMAM AGGREDI MINANTUR.

« Ecce ſubito diſcurrentibus nuntiis, Oriens totus intremuit, ab ultima *Mæotide* inter glacialem *Tanaim* & Maſſagetarum immanes populos, ubi *Caucaſi* rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus & bellis civilibus in *Italia* tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert, ſub Dario, rege Medorum, viginti annis Orientem tenuiſſe captivum, & ab Ægyptiis atque Æthiopibus annuum exegiſſe vectigal. Avertat Ieſus ab orbe Romano tales ultra beſtias. Inſerti ubique aderant, & famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miſerabantur infantiæ. Cogebantur mori, qui nondum vivere cœperant, & neſcientes malum ſuum, in hoſtium manus ac tela ridebant. Conſonus

inter omnes rumor, petere eos *Ierofolymam* & ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere. Muri negle*c*ti pacis incuria farciebantur. *Antiochia* obfidebatur, *Tyrus* fe volens a terra abrumpere infulam quærebat antiquam. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* LXXVII, *ad Oceanum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 695). Cf. Iofue Stylites, *Chronicon fyriacum* (cuius fragm. edidit Iof. Simonius Affemanus, *Bibliotheca orientalis Clementino-Vaticana*, I, p. 262); *Chronicon Edeffenum* (Iof. S. Affemanus, *Op. cit.*, I, p. 400); Abulfaragius, *Chron. Syr.* (tr. Bruns, p. 71). *Cf. fupra ad annum* 395.

397 IOHANNES CASSIANUS & GERMANUS, *fecunda vice.* (104)

« Sed licet parum deinceps de noftra effemus promiffione folliciti, tamen, expleto feptem annorum numero, fponfionem noftram gratanter implevimus. Excurrentes namque ad cœnobium noftrum [*Bethleem*] illo iam tempore, quo de impetrando ad eremum reditu fiduciam gerebamus, primum fenioribus noftris honorem debitum folvimus, deinde animis eorum qui pro charitatis ardore creberrimis litterarum noftrarum fatiffactionibus nequaquam fuerant deliniti, priftinam redintegravimus charitatem; tandemque ad plenum aculeo noftræ fponfionis avulfo, his quoque cum gaudio profequentibus, ad *Scythioticæ* folitudinis fecreta remeavimus. »

[Iohannes Caffianus, *Collationes*, XVII, c. 31 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 1087).]

397 PAULUS, *a f. Auguftino ad f. Hieronymum in Palæftinam miffus.* (105)

« Hunc interea fratrem noftrum Paulum in Chrifto multum commendo benignitati tuæ, cuius in noftris regionibus exiftimationi bonum coram Deo teftimonium perhibemus. »

[S. Auguftinus, *Epiftola* XL, *ad f. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 158).]

397. SARRACENI PALÆSTINAM INVADUNT.

« In *Palæftinæ* partibus, iuxta *Theace* vicum, qui Amos prophetam meruit procreare, folitudo vaftiffima eft ufque ad *Arabiam* ac *Mare mortuum*, quo ingreffa deficiunt fluenta *Iordanis*, & cineres *Sodomorum* ampliffima extenfione porrecta. In hac fummæ vitæ ac fanctitatis monachi diutiffime com-

morantes, repente ſunt a diſcurrentibus Saracenorum latrunculis interempti. »

[Iohannes Caſſianus, *Collationes*, VI, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLIX, c. 643); cf. ſ. Nilus, *Narrationes* (Migne, *Patr. gr.*, LXXIX, c. 509 & ſ.).]

a. 398 ZENON *nauclerus, Vitalis preſbyteri & Amabilis papæ epiſtolas ſ. Hieronymo allaturus.* (106)

« Zenon nauclerus, per quem mihi dicis tuæ ſanctitatis litteras tranſmiſſas, unam tantum & brevem epiſtolam beati papæ Amabilis reddidit, ſolita munuſcula continentem. Satiſque miror quid cauſæ fuerit, ut, cum in benedictionibus & tuis & illius perferendis fidelis extiterit, in reddenda epiſtola negligens comprobetur. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXII, *ad Vitalem preſbyterum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 672).]

398 PAULUS, *epiſcopus in Ægypto, &* HÆRETICORUM FACTIO *a ſ. Hieronymo in monaſterio ſuſcepti.* (107)

« Nobis in monaſterio hoſpitalitas cordi eſt, omneſque ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus . . . . . .
« Vis ſcire unde illum [Paulum] & nos plus amare, & tu odiſſe plus debeas? Hæreticorum factio, nuper fugata de *Ægypto* & *Alexandria*, ſe *Hieroſolymam* contulit, & huic voluit copulari, ut quorum unus eſſet dolor, una fieret & accuſatio. »

[S. Hieronymus, *Apologia adverſus libros Rufini*, l. III, cc. 17, 18 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, cc. 469-470).]

398 HERACLIUS *diaconus, qui Vitalis preſbyteri ad ſ. Hieronymum epiſtolam attulit.* (108)

« Itaque ad ſecundam reſcribo epiſtolam, quam mihi ſanctus filius meus Heraclius diaconus reddidit. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXII, *ad Vitalem preſbyterum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 673).]

398. LUCINIUM HISPANUM AD LOCA SANCTA VISITANDA HORTATUR S. HIERONYMUS.

« Hæc & ipſe intelligis, quo animo replicem, & quod ſub aliis verbis te ad Sanctorum Locorum invitem habitaculum..... Ego....... tibi & ſorori tuæ miſi........ codicem, hoc eſt decem

visiones Isaiæ, valde obscurissimas, quas nuper historica explanatione disserui, ut, quotiescumque mea opuscula videris, toties, amici dulcissimi recordatus, navigationem, quam parumper distuleras, pares. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LXXI, *ad Lucinium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, cc. 671, 672). *Ex epistola s. Hieronymi* LXXV, *ad Theodoram* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 685), *constat Lucinium iter Hierosolymitanum non aggressum fuisse, cum anno circiter* 399 *obierit.*]

398 CANINIUS, *qui Ruffini, presbyteri Romani, s. Hieronymo epistolam attulit.* (109)

« Caninium libenter vidi, qui narrare tibi poterit, quam difficile & periculosum manus dexteræ, usque in præsentem diem, quo ista dictavi, vulnus sustinuerim. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LXXIV, *ad Ruffinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 685).]

399 NOTARII, *quos misit Lucinius hispanus, ad transcribenda s. Hieronymi opera.* (110)

« Ex quo perpendat prudentia tua, qua Lucinius noster laude sit dignus, qui clausit aurem ne audiret iudicium sanguinis, & omnem substantiam suam dispersit & dedit pauperibus ut iustitia eius maneret in æternum (Ps. 111). Nec patriæ suæ largitate contentus, misit *Ierosolymarum* & *Alexandrinæ* ecclesiæ tantum auri, quantum multorum possit inopia subveniri. Quod cum multi mirentur & prædicent, ego in illo magis laudabo fervorem & studium Scripturarum; quo ille desiderio opuscula nostra flagitavit, & missis sex notariis, quia in hac provincia latini sermonis scriptorum penuria est, describi sibi fecit quæcumque ab adolescentia usque in præsens tempus dictavimus . . . . . »

[S. Hieronymus, *Epistola* LXXV, *ad Theodoram, Lucinij viduam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 688).]

399 CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM V *contra Origenistas, cui plures interfuerunt patres.* (111)

[Mansi, *Concilia*, III, cc. 989-992.]

399 ANONYMUS, *qui Theophili Alexandrini epiſtolam ad ſ. Hieronymum attulit.* (112)

« Epiſtola tua hæreditatis dominicæ te indicans poſſeſſorem .... illius quoque felicitatis compotem te eſſe teſtata eſt, in qua « beati pacifici » nuncupantur (Matth., v). »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXXII, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 736).]

399 S. Hieronymus. (xxiij)

[*Epiſtola* LXXVIII, *ad Fabiolam, de* XLII *manſionibus Iſraelitarum in deſerto* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 698).]

[*Hoc commentarium, utpote ad theologiam magis quam ad geographiam ſpectans, præſenti volumini inſerere tæduit.*]

399-400 ANONYMUS, *qui Pammachij & Oceani (in Italia degentium) ad ſ. Hieronymum epiſtolam attulit.* (113)

« Sanctus aliquis ex fratribus ſchedulas ad nos cuiuſdam detulit, quæ Origenis volumen, quod περὶ Ἀρχῶν inſcribitur, in latinum ſermonem converſum tenerent. Et quoniam in his multa ſunt, quæ tenuitatem ingenij noſtri permovent, quæque minus catholice dicta exiſtimamus, ſuſpicamur etiam ad excuſationem auctoris multa de libris eius eſſe ſubtracta, quæ apertam impietatem eiuſdem monſtrare potuiſſent, quæſumus præſtantiam tuam, ut in hoc ſpecialiter, non tam nobis, quam univerſis qui in Urbe habitant, profuturum opus digneris impendere, ut ſupradictum librum Origenis ad fidem, quemadmodum ab ipſo auctore editus eſt, tuo ſermone manifeſtes, & quæ a defenſore eius interpolata ſunt prodas. »

[Pammachius & Oceanus, *Epiſtola ad ſ. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 743).]

ante 400 S. ALEXANDER, *Acœmetorum Conſtantinopoli fundator.* (114)

[Anonymus, monachus Acœmetus, *Vita ſ. Alexandri*, c. I (*AA. SS. Boll.*, Ian., I, p. 1021; cf. *Ibid.*, *Comment. præv. ad vitam ſ. Alexandri*, § II).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

400 AGATHO *episcopus* & ATHANASIUS *diaconus*, *a Theophilo Alexandrino ad s. Hieronymum missi.* (115)

« Sanctus episcopus Agatho cum dilectissimo diacono Athanasio in ecclesiastica directus est causa. Quam cum didiceris, non ambigo quin nostrum studium probes. »

[S. Theophilus, *Epistola ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 755).]

« Duplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ litteræ præstiterunt: quod & sanctos & venerabiles Agathonem episcopum & diaconum Athanasium habuerint portitores, & adversum sceleratissimam hæresim zelum fidei demonstrarint. »

[S. Hieronymus, *Epistola* LXXXVIII, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 755).]

400 ANONYMUS, *qui Theophili Alexandrini synodica in Palæstinam attulit.* (116)

[S. Theophilus, *Ad Palæstinos & Cyprios episc. synodica* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 758).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

400 ANONYMUS, *qui s. Epiphanij, Salamidis in Cypro episcopi, ad s. Hieronymum epistolam attulit.* (117)

[S. Epiphanius, *Epistola ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. gr.*, XLIII, c. 391).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

400 THEODORUS *Alexandrinus*, *s. Hieronymum visitaturus.* (118)

« Didici, quod & sanctitas tua noverit, Theodorum monachum, eiusque studium comprobavi: quia cum a nobis *Romam* navigaturus exiret, noluit ante proficisci, nisi te & sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio, quasi sua viscera amplexaretur & inviseret. Quem cum susceperis, pro Ecclesiæ tranquillitate lætare. »

[S. Theophilus, *Epistola ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 756).]

400 VINCENTIUS PRESBYTER, *secunda vice.* (119)

« Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem, de Urbe venit, & suppliciter te salutat, crebroque

ſermone concelebrat, *Romam* & totam pene *Italiam* tuis poſt Chriſtum epiſtolis liberatam. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXXVIII, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 756).]

c. 400 **S. MARIA AEGYPTIACA. (120)

« Ecce die quodam (ſed qualiter hic tibi prodam
Quam miſere cecidi), iuvenes in littore vidi :
Vidi, captavi; quo vellent ire, rogavi.
Subridens primus dixit: *Hieroſolymis* imus.
Sciſcitor an comitem paterentur? Subdidit idem :
Si naulum dederis, patet ecce carina; veheris.....
Proſequor, intro ratem......
Deferor ad portum ; ſubeo ſacra mœnia ſcortum,
Iuncta levi turbæ: moror hoſpes & hoſtis in urbe .... »

[Hildebertus Cenomanenſis, *Vita ſ. Mariæ Ægyptiacæ* (*AA. SS. Boll.*, Apr. I, p. 86); cf. Flodoardus, *De triumphis Chriſti in Pal.*, l. III, c. 4 (Migne, *Patr. lat.*, CXXXV, cc. 542-547); Iacobus de Voragine, *Legenda aurea*, c. 56 (ed. Græſſe, Dreſde, 1846, in-8, p. 247) ; *Carmen Gallicum*, ſæculi XII : *Le vie de Marie Egyptienne* (Pariſ., Bibl. Nat., Fr. 23112, ff. 335 & ſeq.); Anonymus, *De ſancta Maria Gipſiacha* (Pariſ., Bibl. Nat., Ital. 559, ff. 121 *b* & ſ.).]

(Cf. Anonymus [Pſeudo-Sophronius], *Vita ſ. Mariæ Ægyptiacæ*, cc. 19 & ſ. [*AA. SS. Boll.*, Apr., I, Appendix, pp. xvj & ſ.], *quam latine vertit* Paulus, diaconus Neapolitan., *Vita ſ. Mariæ Ægyptiacæ* [Surius, *Vitæ Sanctorum* (ed. Colon., 1578, t. II, pp. 662-672)]; *Synaxarium Baſilij imperatoris* [*AA. SS. Boll.*, Apr., I, Append., p. j] ; Nicephorus Calliſtus, *Hiſt. eccl.*, l. XVII, c. 5 [Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 229, 231] & *Itinera græca*, I).

c. 400 S. ALEXIUS. (121)

« Poſt hæc accepit de ſubſtantia ſua, & diſceſſit ad mare (Alexius), accedenſque ad mare aſcendenſque navem, Deo proſperante, pervenit *Laodiciam*, & inde iter arripiens abiit *Edeſſam Syriæ* civitatem, ubi ſine humano opere imago Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone habebatur; quo perveniens, omnia, quæ ſecum tulerat, pauperibus erogavit, & induens ſe veſtimenta viliſſima, cœpit ſedere cum ceteris pauperibus ad atrium ſanctæ Dei genitricis Mariæ .... Poſt eius diſceſſionem facta eſt *Romæ* inquiſitio magna, & non invenientes eum, miſit pater ipſius pueros ſuos, ut per univerſas mundi partes inquirerent eum. Quorum aliqui, dum veniſſent *Edeſſam*, viderunt eum inter ceteros pauperes

ſedentem; &, dantes ei eleemoſynam, diſceſſerunt, quia non cognoverunt eum. »

[Anonymus, *Vita ſ. Alexij*, c. 3 (*AA. SS. Boll.*, Iul., IV, p. 252), *quam germano ſermone verterunt poetæ quidam, inter quos* Conradus Wirſburgenſis & Jörgen Zobel, *plurimi vero anonymi a* H.-F. Maſſmann (*Sanct Alexius Leben*, Quedlinburg, 1843, in-8, pp. 68-146) *editi.* Cf. Vincentius Bellovac., *Speculum hiſtoriale*, l. XVIII, cc. 43, 44 (ed. Duac., 1624, p. 708); Iacobus de Voragine, *Legenda aurea*, c. 94 (ed. Græſſe, Dreſde, 1846, in-8, p. 403); Mombritius, *Vitæ ſanctorum* (Mediol., c. 1480, ff. 23 & ſ.).]

« Sic mare tranſivit, *Laodicenam*que petivit
Urbem, perlatus ventis, nec ibi remoratus
Navigat *Ediſſam Syriæ*, mox intrat & ipſam;
Qua venerabatur, qua conſpicienda dabatur,
Haut opus artificis, ſacra forma Dei Genitricis,
Infulgens pura ſindone. Salute futura,
Hic ſua vendebat, & in uſus diſtribuebat
Largus egenorum ; ſic factus & unus eorum,
Limina cotidie reſidebat ad ipſa Mariæ,
A populo victum tenuem capiens & amictum.
. . . .
Interea mille ſtudiis diſquiritur ille,
Romæ nec ſcitur quanam ſit, nec reperitur.
Miſſi longinquis hunc ergo lociſque propinquis
Fruſtra ſcrutantur, regiones ſic peragrantur.
Ex his venerunt *Ediſſam* ; quem cupierunt
Cernunt inventum, nec turbas inter egentum
Hunc agnoverunt, ſed opem dantes abierunt.
Quos tamen agnorat & notus Alexius orat. »

[Marbodus, ep. Redonenſis, *Vita ſ. Alexij* (*AA. SS. Boll.*, Iul., IV, pp. 254, 255).]

« Aſcendens ratem *Laudicia* littora ſcandit.
Hinc iter arripiens *Ediſſe* [venit] in urbem,
In qua ſanguinea Domini ſervatur ymago
Non manibus facta, ſed vultu tracta decore.
Quas ſecum tulerat illic res erogat omnes.
Vilibus indutus pannis mox cœpit egere.
Inter mendicos reliquos reſidebat egenos;
Dans inopi res donatas, ſibi parva reſervat.

Poftquam Romana difceffit Alexius urbe,
Queftio fit, fponfus ubi fit; fed non reperitur.
Ergo pater fervos partes tranfmittit in omnes,
Quot fubito peragant & temptant quærere fponfum.
Nec mox difcurrunt domini quærendo miniftri,
Ediffe veniunt quidam ad mœnia miffi.
Inter mendicos refidebat Alexius ille.
Nec tamen hunc nofcunt, fed & hic bene noverat illos.
A propriis famulis gaudens pia dona recepit.
Ergo Deo retulit grates, quoque talia dixit:
« Reddo Deo grates, quod fic me, Chrifte, iuvafti,
« Ut que cepifti, rogo perficias in me,
« Me facias vitam complere fine beate. »
Hunc non inveniunt, fuerant qui quærere miffi.
Mox veniunt & non referunt pia gaudia patri.
. . . .
Septem cum denis ibi manfit Alexius annis,
Poft tantum tempus nullus cognofcerat *(fic)* illum.
Notificare volens eius vitam pia Virgo,
Dixit cuftodi Domini genitricis ymago :
« Introduc famulum quendam noftrum peregrinum ;
« Eft etenim cœlo magnus quoque dignus honore. »
Accelerat cuftos Dominæ mandata replere.
Aft inter reliquos inopes non noverat illum.
Mox templum Domini Genitricis Alexius intrat.
Hoc factum divolgatur fanctufque probatur.
Ut veniat *Tarfim*, *Laudocia* littora fcandit. »

[Anonymus, *Vita f. Alexij*, vv. 29-51, 62-69, 77-79 (H.-F. Maffmann, *Sanct Alexius Leben*, pp. 177-179).]

« Sponfus exit thalamum, fponfa rem mirante
Et frigentem lectulum lacrimis rorante,
Et parato navita navem præparante
Fertur *Laodiciam* Deo profperante.
Forma Chrifti corporis erat tunc *Edeffe*
Quam non opus hominis afferebant effe;
Rapit huc Alexius iter indefeffe,
Erogans in pauperum propria neceffe.
Cum diebus fingulis villam circuiret,
Ut ciborum copiam quærens inveniret,

Pene totum ſociis dabat cum rediret,
Ipſe non reficiens donec eſuriret.
Plus quam partem ſociis dabat ex invento
Pane, qui ſufficeret ſibi vix retento,
Sic ab omni abſtinens cibi firmamento
Ac ſi ſolo viveret Chriſti ſacramento.
At parentes cognito receſſiſſe natum,
Heri datum nuptiis, hodie ſublatum,
Pari plangunt animo pariter amatum,
Pater habens lacrimas, mater ululatum.
Ruens pronus aureo pater a ſedili,
Mater inter famulas, uxor in cubili,
Hæc amice nominat, hic & illa fili,
Feminina feminæ, voce vir virili.
Mittit pater nuncios *Græciam* metiri
Quaſque terras incolunt Arabes aut Syri,
Et ſi terræ ſileant, freta circuire,
Ut ſic ſaltim filius poſſet inveniri.
Cepto mox itinere prius a vicinis
Errant in terreſtribus, errant in marinis,
Terra pede curritur, pelago carinis,
Claudit orbem cicius quam laborum finis.
Multi multa nuncij loca pervagantes,
Pars *Ediſſam* veniunt, ubi non vacantes
Ipſi, pro qua venerant, inter mendicantes
Data ſtipe tranſeunt nihil ſuſpicantes.
Ipſe vero providus, metuens notari,
Cum notaſſet nuncios, vellet abſentari:
Sed mox ut ſe comperit alium putari,
Flere cœpit oculis, animo lætari.

. . . .

At legati flebiles vario diſperſi,
Peragratis partibus orbis univerſi,
Non invento iuvene tandem ſunt reverſi
Et ad patrem confluunt lacrimis reſperſi.

. . . .

Iam poſt annum decimum ſeptimus vergebat
Necdum ſanctus operi cœpto deſiſtebat,
Sed in ipſo iugiter atrio degebat.
Ubi propter animam corpus affligebat.

. . . .

Iam vocabant homines hominem beatum,
Quem divina viderant voce revelatum,
Sed mirantes maxime quare tam privatum,
Qui tam digne ſcanderet celſa dignitatum.
Sanctus autem clipeo fidei munitus
Tamen eſt in aliquo quaſi iam punitus,
Ut qui volens venerat fugeret invitus,
Ne molliret animum laudis appetitus.
Iam de fuga fugiens navem bis aſcendit,
Inde *Laodiciam*, deinde *Tarſum* tendit:
Sed incumbens aquilo vela deprehendit
Et in portus *Latios* agere contendit.
Urbe procul agnita patriiſque muris,
Secum cœpit agere multa de futuris
Et tunc demum gravibus æſtuare curis
Quaſi pro parentibus ſeſe cognituris. »

[Anonymus, *Vita ſ. Alexij confeſſoris*, ſtroph. 34-43, 46, 55, 60-63 (M. Haupt & H. Hoffmann, *Altdeutſche Blätter*, Lipſ., 1840, t. II, p. 273).]

« Or s'en vait li danſias, n'i veut plus demorer (v. 312)
Et vint a ſon treſor la u il ſieut aler,
Tant priſt de ſon avoir que il en puet porter,
Puis eſt partis de *Rome*, n'i veut mais demorer.
Tot nuit ne fina dans Alexis d'aler
Et le ior el demain ne vot ainc areſter.
Tote droit au port de *Caples* eſt entrés en la mer
En une nef garnie qui s'en devoit paſſer
Outre el regne de *Sire* por avoir acater.
Tant keurent nuit & ior par oſcur & par cler
Qu'au droit port a *Laudiche* entret ſont en la mer.
Aſſés ara ſes peres deſormais a plorer
Et ſa mere & s'eſpouſe a plaindre & doloſer.
Quant li ſains enfes fu de la nef deſchendus,
La nuit vint a *Laudiche*, el main s'en eſt iſſus;
Toſt s'en fuit de la vile qu'il n'i ſoit coneüs
Et treſpaſſe de *Sire* tertres & puis agus.
Tant vait par ſes iornées qu'il ne fu retenus,
Qu'a paine & a travail eſt a *Rohais* venus,
La trova une image dont Dieus fait grans vertus.

. . . .

Mout eſt dolans li peres, n'i a que corechier, (v. 376)
Quant il n'en ot novelle, de ſon grant deſtorbier.
A tant de ſes ſergans con il vot atirier
De tos ſes millors homes qui mout l'avoient cier
Le fiſt par tot le mont & requerre & cherchier,
Si lor proie por Dieu mout fort a eſploitier.
Chil en paſſent la mer ſans neſun deſtorbier,
Puis ſe metent a terre n'i vuelent atargier
Par le regne de *Sire* tot le cemin plenier.
Sont venus a *Rohais*, droit devant le moſtier,
Troverent lor ſignor u tenoit un ſautier.
Il les conut mout bien quant les vit aprocier.

. . . .

Entre la gent dou ſiecle de peciet embraſée, (v. 518)
A *Rohais* la chitet outre la mer ſalée,
En itel penitanche con avés eſcoutée
Eſtuit ſains Alexis en ſa vie privée
Dis & ſet ans entiers qu'ainc n'en falit iornée
Que n'i fu ſa bontés a home revelée.

. . . .

Or penſe li ſains hom & tel conſel a pris (v. 583)
Qu'il s'en fuira d'iluec en un autre païs,
U on nel coniſtra ne par fais ne par dis.
Un ſoir, ſi con la gens ſe fu en repos mis
Et la chités dort tote & la lune eſclarchiſt,
S'eſt partis de *Rohais* qu'ainc nel iehit amis,
Ne a viel ne a iovene, ne home qui ſoit vis.
Tant vait par ſes iornées deſcaus piés & mendis
Qu'a *Laudiche* eſt venus, mais ne ſai en quans dis.
Quant vint ſains Alexis a *Laudiche* ſor mer
Ne veut mie en la vile longuement demorer,
En une nef s'en entre por a *Tarſes* aler,
Au *moſtier de ſaint Pol* la voroit areſter
Que on nel coneuiſt tote ſa vie uſer
Mais Dieus qui le conduiſt en veut al ordener,
Uns vens lor eſt ſalis qui fait lor nef torner,
Si eſt entrés es voiles, tantoſt les fait ſigler,
Saiete ne quariaus ne s'i peuiſt durer.
Tant lor dure chele ore par oſcur & par cler
Que droit au port romain les a fait ariver.
Quant li ſains hom fu fors, ſi prent a eſgarder,

Le liu, l'eftre & la terre commenche a ravifer,
Vit la terre de *Rome*, u il fieut converfer. »

[Anonymus, *De faint Alexis*, verf. 312 & f., 325 & f., 376 & f., 518 & f., 583 & f. (Herz, *De faint Alexis*, Francfurt a/M., 1879, in-4, pp. 5 & 7).]

« Egreffus autem poft multa confolationis & edificationis verba, tradidit veftimenta fua pauperibus & ipfe viliffimo indutus habitu, navim confcendit & vento profpero nocte illa & die fequenti deportatus, inventus eft in portu *Pifano* & in civitatem ingreffus manibus fuis victum per aliquot dies quæfivit, donec facie mutata, colore fufcato, crine attenuato, iam nequaquam de fui proditione timebat, ignotus & habitu & vultu & voce factus & geftu. Die altera, ut ad id redeamus, mane ad paranda mundiburdia ab amicis utrobique conventum eft, virgo fola in conclavi flens & lamentans invenitur. Interrogata de fponfo, ubi effet, clam abiffe confeffa eft. Requifita cur, Deo ipfum fervire ac propter eum exulare velle refpondit. Conturbatur in hoc dicto pater & mater & amici omnes flent & lamentantur & eiulant quafi mortuum, famulis & clientibus gaudia nuptiarum in funebres convertuntur exequias. Mittit ex confilio amicorum fenior Eufemianus in diverfas partes terrarum fervos & miniftros, ut requirant & reducant filium. Quorum duo *Pifam* veniunt & agniti ab Alexio, non tamen ipfi eum cognofcunt. Accepit de manibus ipforum elemofinam, in hoc quoque gaudens « quia de manibus, inquit, fervorum meorum hodie benedic-« tionem accepi. » Quæfitus itaque multum & diu non inventus ipfe ieiuniis & orationibus & vigiliis vacabat nocte & die, & infolenta (*fic*) labore fractus, ægrotare aliquantulum cœpit, de hoc etiam lætus quia in fudore vultus panem cottidie accipiens & inmutatus, infirmitate quoque ad perfectam fui probationem temptari merebatur, ut quafi ex toto a fe ipfe factus non folum aliis, fet & fibimet ipfi iam effet alienus. Per quinquennium ibi moratus, *Iherofolimam* contendit ubi nichilominus feptennium faciens, unde ad *Luccam* navigio pervenit civitatem magnam & inclitam, ubi imago Domini noftri Ihefu Chrifti a Nichodemo fecundum eius expreffam fimilitudinem facta narratur, ab univerfo ibidem orbe colitur atque adoratur. »

[Anonymus, *Vita s. Alexij* (H.-F. Maſſmann, *Sanct Alexius Leben*, pp. 159, 160) *quam poeta quidam, ſæculi, ut videtur, XIV^{i}, germanice vertit, quibuſdam ex aliis fontibus adiectis.*]

. . . .

V. 315 « In der ſtat ze *Piſe*
enthielt ſich der wîſe
er betruoc ſich ſîner arbeit.
micheln kumber er dô leit.

. . . .

V. 431 Nû lâze wir die rede hie
unt ſagen wiez Alexio gie.
er fuor von *Piſe* über mer
gein *Laodicîam* wart ſîn kêr;
dannen hin z'*Ediſſam*,
diu was ein ſtat luſtſam.
zuo den armen er dô ſaz,
deheines tages er des vergaz,
er nam gotz lîchnamen und ſîn bluot,
als noch vil manec guot menſche tuot,
er arbeitte mit den handen;
den liez er wol enblanden.
waz im der koſte über wart,
des was vor den armen niht geſpart.
den teilterz vlîzeclîche mite.
daz was aller tac ſîn ſite.
er bleip in der ſtat fürwâr
in gotes dienſte fünf iâr.
ze *Ieruſalem* er dô kêrte,
als in ſîn wîſheit lêrte.
dâ wonte der heilige man
ſiben iâr und kârte dan
hin zeiner ſtat, iſt *Lukke* gnant,
dâ er daz ſchoene bilde vant
daz Nicodêmus brâhte über mer,
gemachet nach unſerm ſchepfaer,
daz man dâ vaſte êrte
und gotes dienſt mit mêrte. »

[H.-F. Maſſmann, *Sanct Alexius Leben* (pp. 51 & ſ.). *Hunc anonymum ſæculi XIV^{i} germanum ſecutus eſt poeta alius qui & germanus*, Jörg Breining *nomine* (ſæc. XV fine), *cuius opus edidit* H.-F. Maſſmann, *Op. cit.*,

pp. 147 & f.) ; cf. Hermannus Fritzlar., *Vita ſ. Alexij* (*germanice*) (Maſſmann, *op. cit.*, p. 187); Bertholdus monachus, *Sermo de ſ. Alexio* (*germanice*) (Maſſmann, *op. cit.*, p. 39, n. 1) ; Anonymus, *Vitæ ſanctorum* (*germanice*) (Augſburg, Anthon Sorg, 1488, f. 116 ; Nürnberg, Anton Koburger, 1488, f. 66). (Maſſmann, *Op. cit.*, pp. 21 & 180).]

« Donc vint edrant dreitement a la mer;
La nef eſt preſte ou il deveit entrer,
Donet ſon pris & enz eſt aloez.
Drecent lor ſigle, laiſent corre par mer,
La priſtrent terre ou Deus lor volſt donner.

Dreit a *Lalice*, une citet molt bele,
Iloc arivet ſainement la nacele.
Donc en eiſit danz Alexis a terre;
Mais io ne ſai com longes i converſet:
Ou que il ſeit de Deu ſervir ne ceſſet.

D'iloc alat en *Alſis* la citet,
Por une imagene dont il odit parler,
Qued angele firent par comandement Deu,
El nom la virgene que portat ſalvetet,
Sainte Marie qui portat damne Deu.

Tot ſon aveir lor a tot departit.
Entre les povres s'aſiſt danz Alexis
Receut l'almoſne quand Deus la li tramiſt;
Tant en retint dont ſon corps pot guarir,
Se lui'n remaint, ſi l'rent as poverins.

. . . .

Donc prent li pedre de ſes meilors ſerianz,
Par moltes terres fait querre ſon enfant.
Iuſqu'en *Alſis* en vindrent dui edrant;
Iloc troverent dan Alexis ſedant,
Mais n'enconurent ſon vis ne ſon ſemblant.

Si at li enfes ſa tendre charn mudele
Ne l'reconurent lui dui ſeriant ſon pedre.
A lui mediſme ont l'almoſne donede;
Il la receut come li altre fredre,
Ne l'reconurent, ſempres s'en retornerent. »

[*La vie ſaint Alexis*, ſtr. 16-25 (ed. G. Paris, 1872, p. 142).]

Droit en la mer en aquelt ſon eſrer.
Preſte eſt la nés u il porra entrer :
Donne ſon pris, ſi eſt tous ſeus entrés.
Drecent lor ſigle, laiſſent courre par mer.
In Ierſalem les conduiſt Damedés :
Sains Aleſſins eſt iſſus de la nef.

Sains Aleſſins eſt de la nef iſſus,
Vint al ſepulcre u noſtre ſire fu.
Fiſt ſes prières, ſi s'eſt confès rendus.
Dous iors ſeiourne & dous nuis i eſtut,
Qu'il ne mania ne ſa bouce ne but ;
Après en eſt al flun Iourdan venus,
U li bapteſmes de noſtre ſignor fu,
Et li apoſtle s'i baptiſièrent tuit.
Il ſe deſpoille, ſi ſe baigna tout nus ;
Puis priſt des palmes, ſi s'en eſt revenus.
Pour les Iuis n'i oſa eſtre plus.
Car al cel iour que li ſains hom i fu
N'i avoit il des Creſtiens neſun.
Droit a le Lice a ſon cemin tenu.

Droit a le Lice, une cité moult bele
Iluec s'en va ſains Aleſſis par terre.
Mais iou ne ſai com longes i converſe.
U que il ſoit, de Diu ſervir ne ceſſe :
De ſa maiſnie veut il a touiours eſtre.

Après en va en Auſſis le cité,
Pour une ymaige dont il oi parler
Que angle fiſent par le commant de Dé,
El non celi qui porta ſauveté.
Onques faiture ne fu de ſa biauté
Sans noſtre dame, la mère Damedé.

[*Li roumans de ſaint Aleſſin*, v. 341 & ſ. (ed. G. Paris, 1872, p. 231 & ſ.) ; cf. *La vie ſaint Alexis & coment il morut*, v. 335 & ſ. (ibid., p. 289 & ſ.) ; *La vie ſaint Alexis*, ſtr. 36-58 (ibid., p. 353 & ſ.) ; Anonymus, *La vida de ſant Alexi* (Bibl. nat. Par., mſ. fr. 1745, ff. 158 & ſ.) ; Anonymus, *De ſaint Alexis, qui laiſſa ſa femme le iour qu'il l'ot eſpouſee* (Bibl. nat. Par., mſ. fr. 820, ff. 280 & ſ.). *Hiſpanicas & italicas ſ. Alexij vitas reperies, ap.* Maſſmann, *Op. cit.*, pp. 40-41, *indicatas, bohe-*

micæ autem Vitæ cuiusdam fragmenta ap. Feifalik (*Sitzungsber. der Wiener Akad. der Wissensch.*, 1868, *XXXVII*, pp. 425 & s.). — Anonymus (sæc. XIV fin., *Vita cuiusdam sancti viri nomine Alexij, metrica* (anglice), vers. 79 & s. (ed. Carl Horstmann, *Archiv für das Studium der neueren Sprachen und Literaturen*, t. LI, ann. 1873, p. 104; *ex alio mss. antiquiore*, LVI, p. 393, *& e pluribus mss. ap.* J. Schipper, *Englische Alexius Legenden aus dem XIV. und XV. Jahrhundert*, p. 66, *sub titulo*: Of seint Alex (*Quellen und Forschungen zur Sprach- und Cultur-Geschichte der gesammten germanischen Völker*, t. XX, an. 1877, pp. 66 & s.), *qui tres alias s. Alexij vitas recenset nempe*: Adam Davie, *Vita s. Alexij*, anglice; Barbour († 1395), *Vita s. Alexij*, anglice; Anonymus, *Vita s. Alexij*, anglice.

(Cf. Simeon Metaphrastes, *Vita s. Alexij*; *cui plures, diversæ textu, S. Alexij vitæ attribuuntur:* 1° H.-F. Massmann, *Sanct Alexius Leben*, Quedlinburg, 1843, in-8, p. 192 & s.; cf. Allatius, *De Simeonum scriptis*, p. 125); 2° Agapius, *Vitæ sanctorum* (Venet., 1542, p. 33; 1544, p. 279); 3° Surius, *Vitæ sanctorum* (ed. Colon., 1618, Iul., p. 208). Anonymus, *Vita s. Alexij* (H.-F. Massmann, *Sanct Alexius Leben*, pp. 201 & s.) & *Itinera græca*, I. — Cf. Anonymus, *Vita s. Alexij* (syriaca), [ed. Amiaud, Paris, Leroux, 1880, in-8]. — Anonymus, *Vita s. Alexij* (arabica), *cuius latina versio ap. AA. SS. Boll.*, Iul., IV, p. 268, & *Itinera arabica*, I. — Anonymus, *Vita s. Alexij*, armena (s. XIII?) *in cod. armenis Bibl. nat. Paris.*, 55 (ff. 50-73), 67 (ff. 86 & s.), 86 (ff. 207-208), 87 & 89 (ff. 351-354), 123 & suppl. 32 (ff. 209-224); Iohannes Thoulgourantsi, *Carmen armen. de s. Alexio* (Bibl. nat., cod. arm. 133, ff. 209-224), 136 (ff. 61-67), & *Itinera diversa*, I.)

c. 400 S. NILUS, *Constantinopolitanus, in Sina monte monachus, &* THEODULUS, *filius eius.* (122)

[S. Nilus, *Narrationes*, VI (Migne, *Patr. gr.*, LXXIX, cc. 665, 673 & passim).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 400 S. Nilus. (xxiiij)

[Διηγήματα εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν τῷ ὄρει Σίνα μονάχων καὶ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν Θεοδούλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (Migne, *Patr. gr.*, LXXIX, cc. 589-694).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 400. S. NILUS PEREGRINATIONES LAUDAT.

[S. Nilus, *Tractatus ad Eulogium*, c. 2 (Migne, *Patr. gr.*, LXXIX, c. 1096).]

c. 400 POSTUMIANUS. (123)

« Cum in unum locum ego & Gallus noſter conveniſſemus, vir mihi intervenit nobis Poſtumianus meus, noſtri cauſa ab *Oriente*, quo ſe, ante triennium patriam relinquens, contulerat, regreſſus . . . . .

« Ante hoc triennium, quo tempore tibi, Sulpici, hinc abiens valedixi, ubi *Narbonæ* navim ſolvimus, quinto die portum *Africæ* intravimus, adeo proſpera Dei nutu navigatio fuit; libuit animo adire *Carthaginem*, loca viſitare ſanctorum, & præcipue ad ſepulchrum Cypriani martyris adorare. Quinto decimo die ad portum regreſſi, provectique in altum, *Alexandriam* petentes, reluctante auſtro, pene in *Syrten* illati ſumus.

. . . .

« Revocantibus nos ad mare nautis, diſceſſimus proſperoque curſu ſeptimo die *Alexandriam* pervenimus . . . .

« Igitur inde digreſſus, *Bethleem* oppidum petij, quod ab *Hieroſolymis* ſex millibus diſparatur, ab *Alexandria* autem ſedecim manſionibus abeſt. Eccleſiam loci illius Hieronymus preſbyter regit : nam parochia eſt epiſcopi, qui *Hieroſolymam* tenet . . . . . »

(*Cætera ad vitam ſolitariam ſpectant, Poſtumiano Ægypti monaſteria luſtrante.*)

[Sulpicius Severus, *Dial.*, I, c. 1, 3, 4 (Migne, *Patr. lat.*, XX, cc. 183 & ſeqq.; cf. *Dial.*, III, c. 18, ibid., c. 222).]

(*Hæc Sulpitij Severi poeta quidam gallicus, qui ſæculo XII florebat, Pean Gatineau nuncupatus, vulgari carmine vertit* [Bibl. Nat., mſ. fr. 1043, ff. 100 & ſ.], *quem ſoluto ſermone iterum edidit anonymus quidam* [*Les enqueſtes de Poſthumien*, ed. Bouraſſé, Tours, 1863, in-8].)

c. 400 Marcianus Heracleenſis. (xxv)

[Περίπλους (Müller, *Geogr. græci minores*, I, 515-569).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 400 Abſamias, *preſbyter.* (xxvj)

[*De excurſione Hunorum in Romanorum ditionem* (*Opus deperditum in* Chronico Edeſſeno & *in* Chronico *Dionyſij*, *Iacobitarum patriarcha, recenſitum*) (cf. Joſ. Simon. Aſſemanus, *Bibliotheca orientalis Clementino-Vaticana*, t. I, p. 169).]

c. 400 Gregorius, *in Palæſtina poſteaque in Cypro abbas.* (xxvij)

[*Sermo ad peregrinos Monachos qui in cellis habitant* (ſyriace). Cf. J.-S. Aſſemanus, *Bibliotheca orientalis Clem.-Vat.*, t. I, p. 173.]

400-401 LEGATI (?) *qui* ANASTASII I *papæ epiſtolam Iohanni, epiſcopo Hieroſolymitano, attulerunt.* (124)

[Anaſtaſius I, *Epiſtola* (Manſi, *Conc.*, III, 943 ; Iaffé, nº 81; cf. nº 83).]

c. 400. EPISTOLARUM AD S. HIERONYMUM IN BETHLEEM DEGENTEM FREQUENTIA.

« Voce me provocas ad ſcribendum, terres eloquentia; & in epiſtolari ſtylo prope Tullium repræſentas. Quod quereris, me parvas & incomptas litterulas mittere, non venit de incuria, ſed timore tui, ne verboſius ad te loquens, plura reprehendenda tranſmittam : & ut ſanctæ menti tuæ ſimpliciter fatear, uno ad Occidentem navigandi tempore tantæ a me ſimul epiſtolæ flagitantur, ut ſi cuncta ad ſingulos velim reſcribere, occurrere nequeam. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXXV, *ad Paulinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 752).]

ſ. IV (?) POMPEIA LUCILIA, *cuius nomen in quodam marmoreo pede ad Piſcinam probaticam reperto inſcriptum eſt.* (125)

[Clermont-Ganneau, *L'ex-voto de Pompeia Lucilia & la Piſcine probatique* (*Revue de l'Inſtruction publique*, 29 octob., 1878, t. XXVIII, p. 502).]

S. IV-V. LOCUS IN BASILICA ASCENSIONIS DOMINI SITUS, QUI NUNQUAM PAVIMENTO TEGI POTUIT.

« Mirum vero inter hæc quod in baſilica Aſcenſionis locus ille tantum de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captivam in ſua carne ducens captivitatem noſtram, ita ſacratus divinis veſtigiis dicitur, ut nunquam tegi marmore aut paviri receperit, ſemper excuſſis ſolo reſpuente, quæ manus adornandi ſtudio tentavit apponere. Itaque in tota baſilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virens permanet, & impreſſam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perſpicua ſimul & attigua venerantibus arena conſervat, ut vere dici poſſit : Adoravimus ubi ſteterunt pedes eius. »

[S. Paulinus Nolanus, *Epiſtola* XXXI, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 328).]

« Mons Oliveti ad orientem Hieroſolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima veſtigia Domini humo impreſſa hodieque monſtrantur. Cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuo recipiunt. Denique cum eccleſia, in cuius medio ſunt, rotundo ſchemate & pulcherrimo opere conderetur, ſummum tantum cacumen, ut perhibent, propter Dominici corporis meatum nullo modo contegi & concamerari potuit, ſed tranſitus eius a terra ad cœlum uſque patet apertum. »

[S. Hieronymus, *Liber nominum locorum ex Actis Apoſtolorum* (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 1301).]

« Illud mirum, quod locus ille in quo poſtremum inſtiterant divina veſtigia, cum in cœlum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pavimento cum reliqua ſtratorum parte non potuit: ſiquidem quæcumque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſis in ora apponentium ſæpe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur, & cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non ſentiat, & eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit. »

[Sulpicius Severus, *Hiſt. ſacra*, l. II, c. 33 (Migne, *Patr. lat.*, XX, c. 148); cf. Beda venerabilis, *De Locis ſanctis*, c. 7 (ed. ſupra, t. I, p. 222).]

ſ. IV-XI ZENODORUS *Meilenſis*, ANTIOCHUS *Boſtrenſis*, ARPAGIS *& alij peregrini e Nabathena & Boſtra in Polyandria iuxta Hieroſolymam ſita, nunc* Tumulus Prophetarum *nuncupata ſepulti.* (126)

[*Inſcriptiones græcæ* a cl. v. Clermont-Ganneau (*Revue Crit.*, 1878, I, 184, 199, 216) recenſitæ.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

SAECULUM V.

SAECULUM V.

401 PRISCUS & EUBULUS *a Theophilo Alexandrino epiſcopo in Palæſtinam miſſi.* (127)

« Beatiſſimo papæ Theophilo Hieronymus. Nuper tuæ Beatitudinis percepi ſcripta, emendantia vetus ſilentium & me ad ſolitum officium provocantia. Unde, licet per ſanctos fratres, Priſcum & Eubulum, tuus ad nos ſermo ceſſaverit, tamen quia vidimus illos zelo fidei concitatos, raptim *Palæſtinæ* luſtraſſe regiones, & diſperſos regulos uſque ad ſuas latebras perſecutos, breviter ſcribimus, quod totus mundus exultet & in tuis victoriis glorietur. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* LXXXVI, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 754).]

401 PAULINIANUS, *frater ſ. Hieronymi, altera vice, ab Europa redux quo a ſ. Hieronymo anno* 398 *miſſus fuerat.* (128)

« Sed quia Paulinianus frater meus, de *Commentariis ad Epheſios* quædam ab eo reprehenſa narravit, & pauca ex his memoriæ tradidit, mihique ipſa demonſtravit loca, non debeo ſubterfugere . . . .
Secundum locum, quem mihi ab eo reprehenſum frater oſtendit, quia valde frivolus eſt & apertam ſui præfert calumniam, ponam breviter. »

[S. Hieronymus, *Apologia adverſus libros Rufini*, l. I, cc. 22, 23 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, cc. 414, 416); cf. *Epiſtola* LXXXI, *ad Rufinum* (*ibid.*, XXII, c. 735).]

« Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum ac omnes fratres qui tecum ac de te in Domino gloriantur. »

[S. Augustinus, *Epistola* LXVII, *ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 237).]

« Frater communis suppliciter te salutat. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CII, *ad s. Augustinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 831).]

(*Paulo post Paulinianus Cyprum insulam habitavit, pluries vero Bethleem adiit, Hieronymum visitaturus, ut testatur ille in Libro contra Ioannem Hierosolymitanum*, c. 41 (Migne, *Patr. lat.*, XXIII, c. 393) : « Sin autem de Pauliniano tibi sermo est, vides eum episcopo suo esse subiectum, versari Cypro, ad visitationem nostram interdum venire).

401-450 Rufus Festus Avienus. (xxviij)

« Ora Syrum *curvi procumbens litoris acta*
In notum & eoi confinia tenditur euri.
Hæc Cœle *est graio sub nomine: namque duobus*
Ut conclusa iugis vallis vice multa cavatur.
Ab zephyro Casius *mons imminet; axe diei*
Consurgentis item Libanus *premit arduus arva.*
Pars procul a pelago terras colit, inque recessu
Gens agitat. Salso quidquid pulsatur ab æstu,
Phœnicum *regio est. Hi* Rubro *a gurgite quondam*
Mutavere domos, primique per æquora vecti
Lustravere salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli. Populis Phœnicibus *ergo*
Urbs Iope, *sterilisque dehinc habitatur* Elaïs,
Gaza*que proceris assurgens undique muris.*
Hic Tyrus *est opulens, &* Berytus *optima*, Byblos
Sidoniique *lares, ubi labens agmine amœno*
Cespitis irrigui Bostrenus *iugera findit.*
Nec minus hic Tripolis *pingui sola porrigit agro;*
Orthosisque *dehinc attollitur; hic* Marathus *stat;*
Litoris extremo caput altis turribus effert
Laodice, *& glauci prælambitur æquoris unda.*

Hic nemorosa virent Daphnæ *loca, celsa cupressus*
Erigitur, ramos innectit laurus odora,
Crine Dionæo *myrtus diffunditur, altæ*
Consurgunt pinus, & cœlum sibila pulsant
Robora, mollicomis tellus insternitur herbis.
Urbs mediis Apamea *dehinc consistit in arvis,*
Et qua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, Emesus *fastigia celsa renidet.*
Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras
Turribus in cœlum nitentibus : incola claris
Cor studiis acuit, sed & amplius imbuit ordo.
Denique flammicomo devoti pectora soli
Vitam agitant ; Libanus *frondosa cacumina turget*
Et tamen his celsi certant fastigia templi.
Hic se indit iuxta tellurem glaucus Orontes
Nec procul Antiochi *vagus interlabitur urbem,*
Præstringitque undis Apamenæ *iugera glebæ.*
Fertilis his cespes protenditur, arvaque amica
Sunt pecori, in fetus facilis Pomona resurgit,
Et fecunda Ceres campo flavescit aperto.
Si rursus tepidum via deflectatur in austrum,
Curva sinus Arabi *succedent æquora propter.*
Namque Arabes Syriæ*que solum sinus iste fluento*
Dividit, & tentis procul interfunditur undis :
Et tamen eoos paulum inclinatur in axes,
Usque in belligeri confinia flexus Elani. »

[*Descriptio orbis terræ*, vers. 1056-1103 (ed. Müller, *Geographi græci minores*, Paris., 1861, II, pp. 186, 187).]

1, apr. S. PORPHYRIUS (*de quo supra ad an.* 382), IOHANNES, *Cæsariensis in Palæstina episcopus, &* MARCUS *diaconus Constantinopoli aliquamdiu morati, in Palæstinam redeunt.* CYNEGIUS *ab Eudoxia imperatrice Gazam mittitur.* (129)

[Marcus diaconus, *Vita s. Porphyrij*, c. VII, §§ 51-54 ; cc. VIII, IX, §§ 63-66, 69 (*cuius vers. lat. ap. AA. SS. Boll.*, Febr., III, pp. 654-657).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

401. ÆGYPTII MERCATORES IN MAIUMA URBE DEGUNT.

[Marcus diaconus, *Vita s. Porphyrij*, c. VIII, § 58 (*cuius vers. lat. ap. AA. SS. Boll.*, Febr., III, p. 655).]

402 ANONYMI *quidam ab Eudoxia imperatrice missi, qui columnas ad ecclesiam Gazæ struendam attulerunt.* (130)

[Marcus diaconus, *Vita s. Porphyrij*, c. X, § 84 (*cuius vers. lat. ap. AA. SS. Boll.*, Febr., III, p. 658).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

402 ANONYMUS *qui Theophili Alexandrini Paschalem librum & epistolam s. Hieronymo attulit.* (131)

« Ex eo tempore quo beatitudinis tuæ accepi epistolas, iuncto Paschali libro, usque in præsentem diem, ita & mœrore luctus & sollicitudine ac diversis super statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, ut vix volumen tuum potuerim in latinum sermonem vertere. »

[S. Hieronymus, *Epistola* XCIX, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 812).]

c. 402 ANONYMI, *qui s. Augustini epistolas s. Hieronymo attulerunt.* (132)

« Audivi pervenisse in manus tuas litteras meas ; sed quod adhuc rescripta non merui, nequaquam imputaverim dilectioni tuæ, aliquid procul dubio impedimenti fuit. »

[S. Augustinus, *Epistola* LXVII, *ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 236).]

c. 402. S. CRUCIS PARTICULA A IOHANNE, HIEROSOLYMITANO PATRIARCHA, AD S. PAULINUM NOLANUM MITTITUR.

[S. Paulinus Nolanus, *Epistolæ* XXXI & XXXII, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, cc. 325-326, 336); cf. Id., *Poema*, XXVIII, v. 115 & seq. (*Ibid.*, c. 665).]

c. 402. HIEROSOLYMÆ QUOTANNIS IN PASCHA ET INTERDUM IN ANNO CRUX DOMINI PEREGRINANTIBUS AD ADORANDUM EXHIBETUR.

[S. Paulinus Nolanus, *Epistola* XXXI, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 329).]

403, febr. ISAURI PHŒNICIAM ET GALILÆAM INVADUNT. PALÆSTINA FAME ET HIEMIS ASPERITATE LABORAT.

[S. Hieronymus, *Epistola* CXIV, *ad Theophilum Alexandrinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 933). Cf. I. Malalas, *Chrono-*

graphia, l. XIV (ed. Bonn., p. 363); Anonymus, *Arcadij & Theodosij II res gestæ* (A. Mai, *Spicil. roman.*, II, pars 3, p. 18); Theodoretus, *Hist. relig.*, cc. 10 & 12 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, cc. 1391 & 1398; Eunapius, *Historia*, l. II (ed. Bonn., p. 95); Leo Grammat., *Chronogr.* (ed. Bonn., p. 105). — Iean de Nikiou, *Chron.*, c. 84 (tr. Zotenberg, p. 96).]

403. Arcadii et Honorii impp. lex de Iudæis curiæ obnoxiis.

[*Codex Iustinian.*, l. I, tit. IX, 10 (ed. Galisset, c. 64); *quæ lex in editione Codicis a cl. v.* P. Krüger (Berolini, 1877) *data, ad an.* 399 *refertur*.]

403 Monachi *ex India, Perside & Æthiopia.* (133)

« De *India*, *Perside*, *Æthiopia* monachorum quotidie turbas suscipimus. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CVII, *ad Lætam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 870).]

403 Cyprianus *diaconus, qui s. Augustini epistolam ad s. Hieronymum attulit.* (134)

« Ex quo cœpi ad te scribere ac tua scripta desiderare, nunquam mihi melior occurrit occasio quam ut per Dei servum ac ministrum fidelissimum, mihique carissimum, mea tibi afferretur epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. »

[S. Augustinus, *Epistola* LXXI, *ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 241).]

« Quamvis existimem, antequam istas sumeres, venisse in manus tuas litteras meas, quas per Dei servum filium nostrum, Cyprianum diaconum, misi. . . . »

[S. Augustinus, *Epistola* LXXIII, *ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 245).]

« Tres simul epistolas, imo libellos breves, per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CXII, *ad s. Augustinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 916).]

403. S. Hieronymus Lætam, matronam romanam, hortatur ut filiam suam parvulam Bethleem mittat.

[S. Hieronymus, *Epistola* CVII, *ad Lætam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 878).]

c. 403 FIRMUS *presbyter, qui Sunniæ & Fretellæ, Getarum natione, s. Hieronymo epistolam attulit.* (135)

« Et quia se occasio fratris nostri Firmi presbyteri dedit qui mihi vestram epistolam reddidit, duobus scribens in commune respondeo . . . . »

[S. Hieronymus, *Epistola* CVI, *ad Sunniam & Fretellam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 838).]

404. ARCADII ET HONORII IMPP. DE SAMARITANIS ET IUDÆIS LEGES.
[*Cod. Theod.*, l. XVI, tit. 8, leg. 16, 17 (ed. Godefroy, t. VI, p. 254).]

404 ANONYMUS *qui Riparii presbyteri epistolam s. Hieronymo attulit.* (136)

« Acceptis primum litteris tuis, non respondere superbiæ est, respondere temeritatis. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CIX, *ad Riparium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 906).]

404 *S. HIERONYMUS.* (xxix)

Peregrinatio sanctæ Paulæ.

[Edita supra, t. I, pp. 27-40. V. supra ad an. 386.]

405 ANONYMUS *qui Theophili Alexandrini epistolam s. Hieronymo attulit.* (137)

« Quod tardius beatitudini tuæ latino sermone translatum librum tuum remitterem, multa in medio impedimenta fecerunt . . . . . Epistolam autem tuam idcirco in latinum verti & huic volumini præposui. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CXIV, *ad Theophilum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 934) ; cf. Theophilus, *Epistola ad s. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 931).]

c. 405 FIRMUS *quidam (forte is quem supra c. 403 notavimus) qui tempore aliquanto in Africa manserat.* (138)

« Cum a sancto fratre nostro Firmo sollicite quærerem quid ageres, sospitem te lætus audivi. Rursum cum tuas litteras non dico sperarem, sed exigerem, nesciente te, ex Africa profectum se esse dixit. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CXV, *ad s. Augustinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 935) ; cf. s. Augustinus, *Epistola* LXXXII, *ad s. Hieronymum*

(Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 276); ſ. Hieronymus. *Epiſtola* CXXXIV, *ad ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1162).]

c. 405 ANONYMUS (*Firmus aut Cyprianus ?*) *qui ſ. Auguſtini epiſtolam ſ. Hieronymo attulit.* (139)

« Iampridem tuæ caritati prolixam epiſtolam miſi, reſpondens illi tuæ quam per ſanctum filium tuum Aſterium, nunc iam non ſolum fratrem, verum etiam collegam meum, miſiſſe te recolis . . . . Satis me, imo fortaſſe plus quam ſatis, tribus epiſtolis tuis reſpondiſſe arbitror; quarum duas per Cyprianum, unam per Firmum accepi. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* LXXXII, *ad ſ. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, cc. 276, 291).]

c. 405 *S. TURRIBIUS, *Aſtoricenſis epiſcopus.* (140)

« Ex *Gallæcia Hiſpaniæ* provincia oriundus, Turribius, paternis opibus in pauperes erogatis, *Hieroſolymam* profectus, a patriarcha *Hieroſolymorum* reliquiarum cuſtodiam per quinquennium tenuit. Admonitus ab angelo brevi fore ut civitas ab infidelibus caperetur, ac proinde ſacra quæque poſſet rerum in patriam aſportaret, ad portum quemdam inter *Gallæciam* & *Aſtures* proſpera navigatione delatus, apud ſacrum montem conſtructo ſacello, quod nunc *S. Maria de Monte-Sacro* appellatur, partem reliquiarum quas attulerat, collocavit . . . . »

[*Breviarium Aſtoricenſe vetus* (Florez, *Eſpaña ſagrada*, XVI, 365). Cf. *AA SS. Boll.*, 16 apr., II, 422; Gams, *Kirchengeſchichte Spaniens*, II, 1, 475).]

« Divus autem Turibius innumeris claruit miraculis & chriſtianam religionem ac fidem catholicam quam maxime iuvit. Nam quum adoleſcens in *Hieruſalem* profectus eſſet, ibi annos fere quinque vitam egit ſanctiſſimam. Mox autem ab angelo monitus, in *Hiſpaniam* multis cum reliquiis ſanctorum atque Dei maximi optimi reverſus, complures ob perſecutionem ſæviſſimam titubantes ad Chriſti fidem hortatus eſt, cuius honor maximus *Palentiæ* celebratur . . . . . »

[Lucius Marina Siculus († 1433), *De rebus hiſpanicis*, lib. V; A. Schott, *Hiſpania illuſtrata*, I, 333.]

406 SISINNIUS *monachus a ſ. Exuperio, Toloſano epiſcopo, ad ſ. Hieronymum miſſus.* (141)

« Ultimo iam autumni tempore frater noſter, filius tuus, Siſinnius monachus, tuæ mihi dignationis epiſtolam reddidit . . . . . . »

[S. Hieronymus, *Præfatio in Zachariam* (Migne, *Patr. lat.*, XXV, c. 1485).]

« In ipſo iam profectionis articulo ſancti fratris noſtri Siſinnij, qui veſtra mihi ſcripta detulerat, hæc, qualiacumque ſunt, dictare compellor . . . . »

[Idem, *Epiſtola* CXIX, *ad Minervium & Alexandrum monachos* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 966).]

ant. a. 406 AUSONIUS *quidam Dalmata.* (142)

« Filius meus, frater tuus, Auſonius, in ipſo iam profectionis articulo, cum mihi præſentiam ſui tarde dediſſet & cito abſtuliſſet, atque in puncto temporis ſalve pariter valeque dixiſſet, vacuum ſe redire arbitratus eſt, niſi mearum aliquid ad te nugarum, tumultuario ſermone portaret . . . . . Et ecce tibi noſter Auſonius cœpit ſchedulas flagitare, urgere notarios & hinnitu ferventis equi ingenioli mei feſtinus arguere tarditatem. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXVIII, *ad Iulianum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 960).]

406-407 APODEMIUS *quidam ex Gallia.* (143)

« Ignota vultu, fidei mihi ardore notiſſima es. Et de extremis *Galliæ* finibus in *Bethleemitico* rure latitantem, ad reſpondendum provocas, de ſanctarum quæſtiunculis ſcripturarum, per hominem Dei, filium meum, Apodemium, commonitoriolum dirigens . . . . . »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXX, *ad Hedibiam, matronam gallicam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 981).]

« Filius meus Apodemius, qui interpretationem nominis ſui, longa ad nos veniens navigatione, ſignavit, & de Oceani littore atque ultimis *Galliarum* finibus, *Roma* præterita, quæſivit *Bethleem*, ut inveniret in ea cœleſtem panem & ſaturatus eructaret in Domino, ac diceret : « Eructavit cor

« meum verbum bonum, dico ego opera mea regi (Pfalm., XLIV, 1) », detulit mihi in parva fchedula maximas quæftiones, quas a te datas mihique tradendas diceret. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXXI, *ad Algafiam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1007).]

06-473 S. EUTHYMIUS & THEOCTISTUS, *anachoretæ*. (144)

[Cyrillus, *Vita f. Euthymij* (ed. Pouget, *Analecta græca*, p. 13 & f.); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Euthymij*, *paffim*, *præfertim* c. 10 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, cc. 208-209; cf. *eiufdem verf. lat. ap. AA. SS. Boll.*, Ian. I, p. 302); Nicephorus Call., *Hift. eccl.*, l. XIV, c. 52 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 1248).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

408. HONORII ET THEODOSII II IMPP. LEX CONTRA IUDÆOS QUI CRUCIS ADSIMULATAM SPECIEM IN CONTEMPTU CHRISTIANÆ FIDEI EXURERE CONSUEVERANT.

[*Cod. Theodof.*, l. xvj, tit. 8, lex 18 (ed. Gothofred., t. VI, p. 255).]

08-413 S. APOLLINARIS *Syncletica cum quibufdam fociis*. (145)

[Simeon Metaphraftes, *Vita f. Apollinaris deperdita*, c. 1 (*cuius verf. lat. ap. AA. SS. Boll.*, Ian., I, 258).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 408. RUSTICUM GALLICUM AD INVISENDA LOCA SANCTA HORTATUR S. HIERONYMUS.

« Tu vagaris in patria, imo non patria, quia patriam perdidifti. Ifta pro te in locis venerabilibus refurrectionis & crucis & incunabulorum Domini Salvatoris, in quibus parvulus vagiit, tui nominis recordatur teque ad fe orationibus trahit. »

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXXII, *ad Rufticum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1046).]

409 MELANIA MAIOR *altera vice*. (146)

[Palladius, *Hift. Laufiaca*, c. 118 (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 1227); cf. f. Paulinus Nolanus, *Epiftolæ* XXIX & XXXI, *ad Severum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, cc. 315, 319, 321, 325).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

409 RUFINUS *Aquileienfis*, *altera vice*, *Palæftinam non aggreffus*. (147)

« Nobis autem, etfi pro tua caritate præfumtio fit, quia remeaturus ad *Orientem*, non feres invifitatis nobis abire;

tamen de peccatis noſtris metus eſt, ne etiamſi tam nobis vicina, filia Babylonis [Roma] avertat. »

[S. Paulus Nolanus, *Epiſtola* XLVII, *ad Rufinum* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 398).]

c. 409. S. Paulinus Nolanus peregrinationes laudat.

« Non enim alter affeĉtus homines ad *Hieroſolymam* rapit, niſi ut loca, in quibus corporaliter præſens fuit Chriſtus, videant atque contingant poſſintque de ſuo fruĉtu edicere : « Introivi« mus in tabernacula eius, & adoravimus ubi ſteterunt pedes « eius (Pſalm. cxxxi, 7) ». Quamquam & altior & hic intellectus habeatur, tamen & ſimplici ſenſu litteram, cum res poſtulat, non abutendum eſt. Si ergo religioſa cupiditas eſt loca videre in quibus Chriſtus ingreſſus & paſſus eſt, & reſurrexit & unde conſcendit, & aut de ipſis locis exiguum pulverem, aut de ipſo crucis ligno aliquid ſaltem feſtucæ ſimile ſumere & habere benediĉtio eſt, conſidera quanto maior & plenior gratia ſit, vivum ſenem [*id eſt Valgium cui Ieſus Chriſtus apparere dignatus erat*] vel teſtimonia divinæ veritatis inſpicere! Si præſepe nati, ſi fluvius baptizati, ſi hortus orantis magiſtri, ſi atrium iudicati, ſi columna diſtriĉti, ſi ſpina coronati, ſi lignum ſuſpenſi, ſi ſaxum ſepulti, ſi locus reſuſcitati eveĉtique, memoria divinæ quondam præſentiæ, celebratur, & veterem veritatem præſenti fide comprobant in rebus exanimis viva documenta, quam religioſe aſpiciendus eſt hic, quem alloqui Dei ſermo dignatus eſt, cui ſe facies divina non texit, cui nunc martyrem ſuum, nunc ſemetipſum Chriſtus oſtendit; in cuius vivente terra Dominici corporis videmus impreſſa veſtigia, ſi fidelibus oculis & acie ſpiritali, quod in eo ſinus Chriſti, quod manus contigit, perlegamus, & canitiem, quæ ſæpe ſuper Domini genu iacuit, ſæpe Domini ſinu tepuit, noſtra manu ſæpe mulcentes, & auriculam ſæpe palpantes, quam cœleſtes digiti, Domino iocante traxerunt. »

[S. Paulinus Nolanus, *Epiſtola* XLIX, *ad Macarium* (Migne, *Patr. lat.*, LXI, c. 407).]

409 vel 410 S. Avitus, *preſbyter Bracarenſis.* (148)

« Veritus enim ſum, ne & ſanĉta loca relinquens & ad vos forte non perveniens, ubicumque interceptus, irrationabilis audaciæ pœnas luerem. »

[S. Avitus, *Epiſtola ad Palchonium* (Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 805).]

« Tunc duo cives mei, Avitus & alius Avitus, cum iam tam turpem confuſionem & per ſe ipſam veritas ſola nudaret,

peregrina petierunt: nam unus *Hierofolymam*, alius *Romam* profectus eft. Reverfi, unus retulit Origenem, alius Victorinum. »

[P. Orofius, *Confultatio five commonitorium de errore Prifcillianiftarum & Origeniftarum ad f. Auguftinum*, c. 3 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1214).]

« Honorio X & Theodofio VI coff., f. Stephanus primus martyr revelatur fancto prefbytero Luciano die vj feria, quæ fuit tunc ij. non. decembr., in *Hierofolymis* fancto Ioanne epifcopo præfidente : & exftant ex his geftis epiftolæ fupradicti prefbyteri & fancti Aviti, prefbyteri Bracarenfis, qui tunc in *Hierofolymis* degebant. »

[Idatius, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 913).]

« Avitus prefbyter, homo Hifpanus genere, ante relatam Luciani prefbyteri fcripturam in latinum tranftulit fermonem, & addita epiftola fua, per Orofium occidentalibus edidit. »

[Gennadius Maffilienfis, *De fcriptoribus ecclefiafticis*, c. 47 (Migne, *Patr. lat.*, LVIII, c. 1085).]

(Cf. Baronius, *Annales*, ad ann. 415, n° 1 & f., t. VII, p. 46 ; Tamaio de Salazar, *Anamnefis fanctorum Hifpaniæ*, 17 iun., t. III, p. 540; Fleury, *Hift. ecclèfiaft.*, l. XXIII, c. 23.)

c. 410 SABINIANUS *diaconus*. (149)

[*Sabinianum diaconum, qui, perpetrato adulterio, in Bethleem fugerat, per litteras epifcopi fui Hieronymo commendatus, manenfque in Sanctis Locis & diaconi officio fungens, virginem quamdam facram ad ftuprum fugamque follicitaverat; deprehenfum obiurgat Hieronymus, utque in monafterio pœniteat hortatur.*]

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXLVII, *ad Sabinianum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1195 & f.).]

c. 410 S. PASSARION. (150)

[S. Cyrillus Scythopol., *Vita f. Euthymij* (Pouget, *Analecta græca*, p. 31) ; Simeon Metaphraftes, *Vita f. Euthymij*, c. 42 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 629).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

411. SYRI NEGOCIATORES PER TOTUM ORBEM DISCURRUNT.

[S. Hieronymus, *Comm. in Ezech.*, l. VIII, c. 27 (Migne, *Patr. lat.*, XXV, c. 258 & f.).]

411 ANONYMUS *qui Marcellini & Anapsychiæ epistolam ad s. Hieronymum attulit.* (151)

« Tandem ex *Africa* vestræ litteras unanimitatis accepi. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CXXVI, *ad Marcellinum & Anapsychiam* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1085).]

c. 411. SARRACENI PALÆSTINAM INVADUNT.

« Ezechielis volumen olim aggredi volui & sponsionem creberrimam studiosis lectoribus reddere; sed in ipso dictandi exordio ita animus meus Occidentalium, & maxime urbis *Romæ* vastatione confusus est, ut, iuxta vulgare proverbium, proprium quoque ignorarem vocabulum. Hoc autem anno, cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius, « *late vagantes Barcæi* (Æneid., 4) » & sancta scriptura de Ismahel « *contra faciem omnium fratrum suorum habitabit* (Gen., XVI, 12) », sic *Ægypti* limitem, *Palæstinæ*, *Phœnicis*, *Syriæ* percurrit, ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum, misericordia Christi, potuerimus evadere. Quod si iuxta inclytum oratorem, « *silent inter arma leges* (Cicero, *Pro Milone*) », quanto magis studia scripturarum? Quæ & librorum multitudine & silentio ac librariorum sedulitate, quodque proprium est, securitate & otio dictantium indigent. Duos itaque libros misi sanctæ filiæ meæ Fabiolæ, quorum exempla, si volueris, ab ipsa poteris mutuari. »

[S. Hieronymus, *Epistola* CXXVI, *ad Marcellinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1086).]

412. HONORII ET THEODOSII II IMPP. DE IUDÆIS LEGES.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 8, leg. 20, 21 (ed. Gothofred., t. VI, pp. 260-261).]

412 PELAGIUS *Cambrensis, hæresiarcha.* (152)

« Pelagius vero, sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ, *Ierosolymis* constitutus, nonnullos fallere asseritur. »

[*Epistola concilij Milevitani ad Innocentium papam* (S. Augustinus, *Opera*, *Epistola* CLXXVI, ap. Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 762).]

« Missæ sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, *Carthaginiensi* & *Milevitano*, relationes ad apostolicam sedem, antequam gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos provinciæ *Palæstinæ* Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras vel in *Africam* pervenissent. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* CLXXXVI, *ad Paulinum*, c. 2 (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 816).]

« Nec ſaltem poſt iudicium quod de ipſo Pelagio in *Palæſtina* factum eſt, corriguntur; de quo damnatus exiſſet, niſi obiecta ſibi contra gratiam Dei dicta, quæ obſcurare non potuit, ipſe damnaſſet . . . .
Ubi poſtremo illa teſtimonia, quæ *Ierosolymitanæ* antiſtes eccleſiæ, ſicut in eiſdem geſtis legitur, ipſi Pelagio ſe dixiſſe commemorat, cum ad eum perlatum eſſet quod ſine gratia Dei diceret abſque peccato hominem eſſe poſſe. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* LXXXVI, *ad Paulinum*, c. 31, 36 (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, cc. 827, 829).]

« Audivimus enim eſſe in urbe *Roma*, ubi ille [Pelagius] diu vixit, nonnullos qui diverſis cauſis ei faveant, quidam ſcilicet, quia eis talia perſuaſiſſe perhibetur, plures vero, qui eum talia ſentire non credunt; præſertim quia in *Oriente*, ubi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe iactantur, quibus putatur eſſe purgatus. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* CLXXVII, *ad Innocentium papam*, c. 2 (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 765); cf. *Epiſtola Patrum concilij Carthaginenſis ad ſ. Auguſtinum*, c. 4 (S. Auguſtinus, *Opera*, *Epiſtola* CLXXV, ed. Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 761); S. Auguſtinus, *Epiſtola* CLXXIX, *ad Ioannem Hieroſol.* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 774); Id., *De peccato originali*, cc. 9, 10 (Migne, *Patr. lat.*, XLIV, cc. 389-390); Id., *De geſtis Pelagij*, c. 2 & ſ., *ubi Pelagij reſponſa in concilio Dioſpolitano Palæſtinæ referuntur* (Migne, *Patr. lat.*, XLIV, cc. 322 & ſ.).]

« Tamen ſcias in hac provincia, nullis humanis auxiliis, ſed proprie Chriſti ſententia pulſum eſſe, non ſolum de urbe, ſed de *Palæſtinæ* quoque finibus Catilinam (*id eſt*, *ficto ſermone*, Pelagium). »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXXXVIII, *ad Riparium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1165).]

« Latebam ergo [Paulus Oroſius] in *Bethlehem*, traditus a patre Auguſtino, ut timorem Domini diſcerem, ſedens ad pedes Hieronymi; inde *Hieruſalem* vobis accerſentibus vocatus adveni. Dehinc in conventum veſtrum una vobiſcum, Ioanne epiſcopo præcipiente, conſedi . . . . . Ad hæc Ioannes epiſcopus, ut Pelagius coram intromitteretur, expetiit. Cui & propter paternitatis ipſius reverentiam & propter actionis utilitatem, dum præſentem ab epiſcopo rectius crederetis confutandum, intromittendi conniventia præſtita eſt. »

[Paulus Orosius, *Liber apologeticus contra Pelagium de arbitrij libertate* (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1176).]

« Scripsistis mihi cum Pelagio vos egisse, ut quæcumque adversus eum dicerentur, scripto damnaret, eumque dixisse audientibus vobis . . . . . . »

[S. Augustinus, *Liber de gratia Christi, ad Albinam, Pinianum & Melaniam tunc in Palæstina commorantes*, c. 2 (Migne, *Patr. lat.*, XLIV, c. 359).]

« In *Oriente*, hoc est in *Syria Palæstina*, Pelagius a quibusdam catholicis fratribus ad episcopalia gesta perductus, eisque absentibus qui de illo libellum dederant, quoniam ad diem synodi non potuerunt occurrere, ab episcopis quatuordecim auditus est, ubi eum dogmata ipsa damnantem, quæ inimica gratiæ Dei adversus eum de libello legebantur, catholicum pronuntiarunt. »

[S. Augustinus, *Retractationes*, l. II, c. 47 (Migne, *Patr. lat.*, XXXII, c. 649).]

« Tunc istorum [Pelagianorum] machinæ fractæ sunt . . . . quando Pelagium, ad proferendam in se suosque sententiam, *Palæstinorum* episcoporum synodus coarctavit. »

[Prosper Aquitan., *Liber contra Collatorem*, c. 21 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 271).]

« . . . . Non segnior inde Orientis,
Rectorum cura emicuit: captumque nefandi
Dogmatis auctorem [Pelagium] construxit lege benigna
Commentum danare suum; nisi corpore Christi
Abiungi & sancto mallet grege dissociari. »

[S. Prosper Aquitan., *Carmen de ingratis*, vers. 42-46 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 97).]

« Quod quidem Pelagius episcopali iudicio *Palæstino* damnari metuens, damnare compulsus est. »

[Eugyppius, *Thesaurus*, c. 288 (Migne, *Patr. lat.*, LXII, c. 925).]

(Cf. Photius, *Bibliotheca*, cod. LIV, *Exemplar actorum ab Occidentis episcopis contra Nestorianos & Pelagianos* (Migne, *Patr. gr.*, LIII, c. 98); *Acta Conciliorum Hierosolymitani & Diospolitani*, ann. 415 (Mansi, *Concilia*, IV, cc. 307, 311, & *Itinera græca*, I.)

c. 412 ROMANI NOBILES *exsulantes*. (153)

« Quis crederet . . . . . ut tota *Orientis*, *Ægypti*, *Africæ* littora olim dominatricis Urbis servorum & ancillarum

numero complerentur, ut quotidie ſancta *Bethleem* nobiles quondam utriuſque ſexus atque omnibus divitiis affluentes ſuſciperet mendicantes. »

[S. Hieronymus, *In Ezech.*, l. III, prol. (Migne, *Patr. lat.*, XXV, c. 75); cf. Id., *Epiſtola* CXXVIII, *ad Gaudentium*, c. 4 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1099).]

an. 413 ANONYMUS, *Heſperij, viri tribunitij, amicus.* (154)

« Acceperat autem [Heſperius] ab amico ſuo terram ſanctam de *Ieroſolymis* allatam, ubi ſepultus Chriſtus die tertio reſurrexit, eamque ſuſpenderat in cubiculo ſuo, ne quid mali etiam ipſe pateretur. . . . . »

[S. Auguſtinus, *De civitate Dei*, l. XXII, c. 7 (Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 764).]

414 S. Hieronymus. (xxx)

(*Epiſtola* CXXIX *ad Dardanum de Terra repromiſſionis* (theologici non geographici argumenti).

[S. Hieronymus, *Opera* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1099).]

412-414. S. AUGUSTINUS CONTRA PEREGRINOS LOQUITUR.

« Si ſitimus veniamus, & non pedibus ſed affectibus, nec migrando ſed amando veniamus, quanquam ſecundum interiorem hominem, & qui amat, migrat. Et aliud eſt migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum, migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es, ubi eras. »

[S. Auguſtinus, *Tractat.* XXXII, *in Iohannis Evangelium*, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XXXV, c. 1642).]

« Tanto enim nobis melius eſt, quanto magis in illum [Deum] imus, quo nihil melius eſt. Imus autem non ambulando, ſed amando. Quem tanto habebimus præſentiorem, quanto eumdem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem, nec enim locis corporalibus vel extenditur vel includitur. Ad eum ergo qui ubique præſens eſt & ubique totus, non pedibus ire licet, ſed moribus. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* CLV, *ad Macedonum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 672); cf. Id., *Epiſtola* LXXVIII, *ad clerum Hipponenſem* (*ibid.*, XXXIII, c. 269).]

« Non dixit [Deus]: Vade in Orientem & quære iuſtitiam, naviga uſque ad Occidentem ut accipias indulgentiam. »

[S. Auguftinus, *Sermo* CCXXV, *fuppofititius* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIX, c. 2162).]

(*Multa alia contra peregrinationes e f. Auguftino, ut ferunt, extracta, in acatholicis præcipue theologis reperies, ut:* « Noli « longa itinera meditari; ubi credis, ibi venis; ad eum qui ubi« que eft amando venitur, non navigando », & « Non oportet, « o homo! maria transfretare, non penetrare nubes, non tranf« alpinare neceffe eft », *quæ in genuinis Auguftini operibus fruftra quæreres.*)

**414. S. AUGUSTINUS PRO PEREGRINIS SCRIBIT.

« Lege ergo, o homo, & opere adimplere feftina, quod fancta & falubris eft cogitatio pro defunctis exorare, eleemofynam dare & peregrinationes facere, ut a peccatis folvantur. »

[S. Auguftinus, *Sermo* XLIV, *ad fratres in eremo, fubdititius* (Migne, *Patr. lat.*, XL, c. 1321).]

414 MATRONÆ GALLICÆ *exfulantes.* (155)

« Aiunt fanctæ & nobiles feminæ, quæ eam viderunt, quæ norunt, quas de littore *Galliarum* ad habitationem Sanctorum Locorum hoftium per *Africam* compulit fæva tempeftas .....»

[S. Hieronymus, *Epiftola* CXXX, *ad Demetriadem* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1107).]

415 CONCILIUM HIEROSOLIMITANUM, *in quo Iohanne, Hierofolymitano epifcopo, præfide, de Pelagij caufa actum eft.* (156)

[Manfi, *Concilia*, IV, cc. 307-311; vide fupra pp. 124-126.]

415. CONCILIUM DIOSPOLITANUM DE EADEM RE.

[Manfi, *Concilia*, IV, c. 311.]

415 PAULUS OROSIUS. (157)

« Ecce venit ad me religiofus iuvenis .... comprefbyter nofter Orofius ..... nam inde ad nos ufque ab Oceani littore properavit, fama excitus, quod a me poffet de his, quæ fcire vellet, quidquid vellet audire .... rogavi eum ut abs te veniens per nos ad propria remearet. Quam eius pollicitationem tenens, occafionem mihi credidi a Domino effe conceffam, qua tibi fcriberem de his, quæ per te fcire cupio. Quærebam enim quem ad te mitterem, nec mihi facile

occurrebat idoneus & fide agendi & alacritate obediendi & exercitatione peregrinandi. Ubi ergo iſtum iuvenem expertus ſum, eum ipſum eſſe qualem a Domino petebam dubitare non potui. »

[S. Auguſtinus, *Epiſtola* CLXVI, *ad ſ. Hieronymum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, c. 720); cf. Id., *Epiſtola* CLXXX, *ad Oceanum* (Ibid., c. 779).]

« Virum honorabilem fratrem meum, filium dignationis tuæ, Oroſium preſbyterum, & ſui merito & te iubente ſuſcepi . . . . . »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXXXIV, *ad ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1161).]

« Latebam ſiquidem in *Bethlehem* ignotus, advena, pauper. Quid miſer ego ſic loquor, iterum forſitan iactantiæ notandus? Quoniam quidem & ipſe David & talis & inde proceſſit. Latebam ego in *Bethlehem*, traditus a patre Auguſtino, ut timorem Domini diſcerem, ſedens ad pedes Hieronymi : inde *Hieruſalem* vobis accerſentibus vocatus adveni. »

[P. Oroſius, *Liber apologeticus de arbitrij libertate*, c. 3 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, c. 1176).]

« Quamobrem miſi vobis per ſanctum filium & compreſbyterum meum Oroſium reliquias de corpore beati Stephani primi martyris. »

[Avitus, *Epiſtola ad Palchonium de reliquiis ſ. Stephani* (S. Auguſtinus, *Opp.*, ap. Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 806); cf. *Pſeudo-Evodius* vel *De miraculis ſ. Stephani protomartyris ad Evodium libri duo*, c. 1 (Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 833).]

« Namque diebus pene iſtis quibus ego tanti ſacerdotij nomen, licet indignus, adeptus ſum, preſbyter quidam [ſc. Oroſius], ſanctitate præcipuus, a *Ieroſolyma* veniens, *Magonæ* non longo tempore moratus eſt : qui poſtquam tranſvehi ad *Hiſpanias*, ſicut deſiderabat, nequivit, remeare ad *Africam* denuo ſtatuit ; tunc beati Stephani reliquias, quæ nuper revelatæ ſunt, cum ad *Hiſpanias* portare conſtituiſſet, ipſas, ſine dubio martyre inſpirante, in memorati oppidi eccleſia collocavit. »

[Severus, *Epiſtola ad omnem eccleſiam de virtutibus reliquiarum ſ. Stephani in inſula Minorcenſi* (S. Auguſtinus, *Opp.*, ap. Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 821).]

« Orosius presbyter Hispanici generis . . . . missus ab Augustino episcopo . . . . pro discenda animæ ratione ad Hieronymum presbyterum, reliquias beati Stephani, tunc nuper inventas, rediens primus intulit Occidenti . . . . . »

[Marcellinus comes, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 923); *quem exscripsit* Gennadius, *Liber de scriptoribus ecclesiast.*, cc. 39, 47 (Migne, *Patr. lat.*, LVIII, cc. 1081, 1085).]

« Lucianus presbyter, vir sanctus, cui revelavit Deus his consulibus [Honorio X & Theodosio VI] locum sepulcri & reliquiarum corporis sancti Stephani primi martyris, scripsit ipsam revelationem in græco sermone ad omnium ecclesiarum personas. »

[Marcellinus comes, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 923); cf. Lucianus, presbyter ecclesiæ quæ est in villa Caphargamala in territorio Ierosolymorum, *Epistola* (S. Augustinus, *Opp.*, Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 807).]

« Lucianus presbyter, cui revelavit Deus, septimo Honorij principis anno, locum sepulchri & reliquiarum beati protomartyris Stephani & Gamalielis ac Nicodemi, qui in Evangelio & in Actibus Apostolorum leguntur, scripsit ipsam revelationem græco sermone ad omnium ecclesiarum personam. Quam revelationem Avitus presbyter, homo Hispanus genere, in Latinum vertit eloquium, & adiecta epistola sua, per Orosium presbyterum Occidentalibus dedit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perveniens, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro discenda animæ ratione miserat, reliquias b. Stephani accepit, & patriam reversus primus intulit Occidenti. »

[Beda venerabilis, *De sex ætatibus mundi* (*Mon. hist. Britannica*, I, p. 93); cf. Freculphus, *Chronicon*, t. II, l. V, c. 12 (Migne, *Patr. lat.*, CVI, c. 1243).]

415. Honorii et Theodosii II impp. de Iudæorum contra Christianos litibus lex.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 8, lex 22 (ed. Gothofred., t. VI, p. 262).]

415. Honorii et Theodosii II impp. de Iudæis qui servos christianos habent.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 9, lex 3 (ed. Gothofred., t. VI, p. 272).]

c. 415 ** ALEXANDER, *Conſtantinopolitanus ſenator*, & IULIANA *uxor eius*. (158)

« Tranſlatio autem eius [ſ. Stephani], ut ait Auguſtinus, hoc modo fuit: nam Alexander ſenator Conſtantinopolitanus *Ieruſalem* cum uxore ſua adiit & protomartiri Stephano pulcherrimum oratorium conſtruxit ac poſt eius obitum iuxta eius corpus ſe ſepeliri fecit. Evolutis ergo vij. annis, Iuliana eius uxor in patriam ſuam volens redire, utpote quæ a principibus iniuriam patiebatur, corpus viri voluit deferre. Quod cum ab epiſcopo multis precibus poſtulaſſet, epiſcopus duos loculos argenteos protulit dicens: « Non novi, quis ſit ex his « loculis viri tui. » Et illa: « Ego novi »; & impetum faciens amplexata eſt corpus ſancti Stephani. Sic ergo dum corpus viri putat accipere, caſu corpus protomartiris accepit. »

[Iac. de Voragine, *Legenda aurea*, c. 112 (ed. Græſſe, 1846, p. 463).]

(Cf. Anonymus, *Scriptura de tranſlatione ſancti Stephani de Ieruſalem in urbem Byzantium*, ab Anaſtaſio Bibliothecario e græco in latinum verſa (S. Auguſtinus, *Opp.*, ap. Migne, *Patr. lat.*, XLI, c. 817); Nicephorus Calliſt., *Hiſt. eccleſ.*, l. XIV, c. 9 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 1081) & *Itinera græca*, I.)

c. 415 Paulus Oroſius. (xxxj)

« *A flumine* Euphrate *quod eſt ab oriente*, *uſque ad mare noſtrum*, *quod eſt ab occaſu*, *deinde a ſeptentrione*, *id eſt a civitate* Bacuſa, *quæ in confinio* Cappadociæ & Armeniæ *ſita eſt*, *haud procul a loco ubi* Euphrates *naſcitur*, *uſque ad* Ægyptum & *extremum* ſinum Arabicum, *qui eſt ad meridiem*, *longo anguſtoque ſulco ſaxis inſuliſque creberrimo*, *a* Rubro mari, *id eſt ab* Oceano *occaſum verſus*, *extenditur* Syria, *quæ ſic generaliter nominatur habetque maximas provincias* Commagenam, Phœniciam & Palæſtinam, *abſque* Saracenis & Nabatæis *quorum gentes ſunt duodecim. In capite* Syriæ Cappadocia *eſt* . . . .

« Ægyptus inferior *ab oriente habet* Syriam Palæſtinam, *ab occaſu* Lybiam. . . . .

« *Inſula* Cypros *ab oriente* mari Syrio *quem* Iſſicum ſinum *vocant*, *ab occidente* mari Pamphylico, *a ſeptentrione* Aulone Cilicio, *a meridie* Syriæ & Phœnices *pelago cingitur*. »

[P. Oroſius, *Hiſtoriæ*, l. I, c. 2 (Migne, *Patr. lat.*, XXXI, cc. 678, 679, 694).]

415. Ecclesia Antiochena in Romanam communionem post lxxxv annos redit.

[Innocentius I, *Epiſtola* XVI, *ad Alexandrum*, *Antiochenum epiſc.* (Manſi, *Conc.*, III, c. 1053; Jaffé, *Regeſta pontificum*, nº 102).]

c. 415 Terebon *Sarracenus*, Aspebetus *pater eius*, *& multi alij* Sarraceni. (159)

[S. Cyrillus Scythopol., *Vita ſ. Euthymij* (ed. Pouget, *Analecta græca*, pp. 20, 21); Simeon Metaphraſtes, *Vita ſ. Euthymij*, c. 19 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 613).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 415 Legati (?) *Innocentij I, papæ, Antiochiam miſſi.* (160)

[Innocentius I, *Epiſtolæ tres ad Alexandrum*, *Antiochenum epiſc.* (Manſi, *Concilia*, III, cc. 1052-1054; Jaffé, nºs 102, 103, 107; cf. 104-106).]

c. 415 Paulus *diaconus, ab Innocentio I, papa, ad Bonifacium, preſbyterum Antiochenum, miſſus.* (161)

[Innocentius I, *Epiſtola ad Bonifacium de pace cum Alexandro, Antiocheno epiſc., ineunda* (Manſi, *Concil.*, III, 1051; Jaffé, nº 106).]

416. Honorii et Theodosii II impp. de Iudæis qui ad christianam fidem transeunt lex.

[*Cod. Theodoſ.*, l. XVI, tit. 8, lex 23 (ed. Gothofred., t. VI, p. 263).]

ant. a. 417 Paula *iunior.* (162)

« Sanctæ ac venerabiles filiæ tuæ Euſtochium & Paula & genere ſuo & exhortatione tua digne gradiuntur. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXXXIV, *ad ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1162).]

« Neptis veſtra Paula miſerabiliter deprecatur, ut memores eius ſitis & multum vos ſalutat. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXLIII, *ad Alypium & ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1182).]

« Direptiones, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ, generoſiſſimæ ſanctæ virgines Euſtochium & Paula deploraverunt in locis eccleſiæ ſuæ perpetraſſe diabolum. »

[Innocentius I, *Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum* (Mansi, *Concilia*, III, c. 1125 ; Jaffé, nº 120).]

417 MELANIA *junior*, ALBINA *mater*, PINIANUS *maritus*. (163)

248 *a*, col. 1 « Quum autem omne pondus seculi deposuissent, ascendit desiderium videndi sancta loca, in qua Dominus noster virtutis sue gloriam demonstravit. Predixi vero & indulgentiam postulavi non solum tue sanctitati, set & omnibus qui lecturi sunt, ut mici (*sic*) veniam dare dignentur & non sit fastidium si ea dixero in posterum que prius debueram dicere.

« Factum est igitur quum egredi vellent de *Roma*, prefectus quidam erat tunc gentilis, cuius etiam nomen minime recordor, qui consilium dederat senatoribus urbis ut facultates eorum deberent sociare senatui & absurdum esse eas illos Domino obtulisse, set magis reipublice viribus & senatu subici deberi.

« Cumque hec sedens prefectus diluculo cum omni sena-
248 *b*, col. 1 tui (*sic*) tractaret, procedens mane sedens pro tribunali, vellet ha[n]c sententiam publice pronuntiare, adfuit providentia Dei & subito, horta seditione populi propter penuriam panis, ne multum loquar, mox detractus de tribunali in media civitate lapidibus interfectus est, ita ut etiam aperte senatus confiteretur consilium quod occulte tractaverant adversus beatissimos insidiantes, & non ob aliam causam fuisse eum interfectum nisi propter vindictam sanctorum & merita. Beati vero hec non noverant ante nisi cum iam de morte eius amarissima relatum est; quum autem cognovissent, gratias quidem egerunt, tribulati sunt vero in morte illius mala; necnon & multi servorum suorum, qui erant similia cogitantes, malo morbo perierunt, Dei providentia faciente.

« Vellem dicere quanta milia servorum libertati donaverunt, si numerum cognoscere potuissem; unde, ne plus aut minus pronuntians, vanam gloriam supraducam, Deo & ipsis notum est, ad aliud transeam.

« Navigantibus quoque eis ad *Siciliam*, in qua sanctus Paulinus episcopus abebatur, horta est eis tempestas gravis, ita ut de vita periclitarentur ac neque ipsam aquam ad vibendum haberent, & ventus contrarius inminerat (*sic*), ut etiam naute dicerent: « Ira Dei est ». Quum igitur in multa essent despe-
248 *b*, col. 2 ratione, dicit beatissima: « Forsitan non est voluntas Dei ire « nos ubi disponebamus, sed date vela ducenti nos ventos (*sic*) ».

Et ſtatim correxerunt vela, & deveniunt in inſulam qua[m]dam quam hoſtes circumdederant, & omnes viros cum uxoribus & filiis depredatos abſtulerant, quos etiam iterum diſtraentes, pretia poſtulabant, ita ut ſi nolent eos redimere & illos quos captivaverunt occiderent, & ipſam inſulam igni conſummere minabantur. Quum autem horum navis ad litora maris adplicuiſſet, audiens epiſcopus eiuſdem loci quod beata Melania ibidem navigans adplicuiſſet (iam enim ex fama omni loco nomen eius intonuerat), venit cum prioribus civitatis rogans & petens, ut, ſi eſſet adhuc in manibus, miſeris ſubveniret, nam uſque ad duo milia quingentos ſolidos captivorum redemtio querebatur, & nemo erat qui miſere[re]tur. Mox vero ut audivit beatiſſima, ita condoluit quaſi ipſa teneretur & ſtatim proferens aurum, omnes a maiore uſque ad minorem quos hoſtis tenebat captivos, dato pretio, redimerunt. Inſuper & alios quingentos ſolidos in huſus eis largientes donaverunt. De cellario vero ſi quid obtimum habere potuit, eis inpartita eſt & ab ingenti penuria & fame eos relevaberunt. Adhuc & qua[m]- f. 249 *a*, col.
dam matronam, que fuerat valde nobilis, tenebatur a barbaris pro quingentos ſolidos, & hanc redimentes remiſerunt ad ſua & ita inde profecti ſunt navigantes, iterum revertuntur ad *Africam* & conmorati ſunt ibidem ſeptem annis & ibidem captivis multa preſtantes.

« Sic iterum beatiſſima, una cum matre ſua & beato fratre ſuo, ab *Africa* navigaverunt in Orientem & pervenerunt *Alexandriam*, & oſpitabantur apud ſanctum epiſcopum Cirillum, & ſicut decebat ſanctitatem eius ſuſcepit eos. Contigit autem & ſanctum Neſtorem, virum prophetie gratiam habentem, eſſe illo tempore; conſueverat enim per tempus beatiſſimus hic ingredi in civitatem propter ſanitates infirmantium; habebat enim & hanc gratiam. Sancta vero Dei cum matre & ſuo fratre Piniano habierunt ad videndum Dei hominem, ad quem & multa turba introibat.

« Cumque vellent ingredi, diviſi ſunt beati in tribus partibus pre turba, contigitque beatum Pinianum primum ingredi, & qui ingrediebantur oleo (*ſic*) a ſancto accipiebant. Aſpiciens autem ſanctus Neſtorius, intuitus eſt ſanctum Pinianum & ſenſit in ſpiritu quis eſſet & adprehendens de turba tenuit eum iuxta ſe, & poſt multam turbam contigit & beatam f. 249 *a*, col.
introire Melaniam, & ipſam ſimiliter conſiderans, tenuit & ſtatuit cum fratre ſuo. Tertia (*ſic*) vero ingredientem ſanctam

matrem eius & ipſam inſpiciens tenuit & ſtatuit cum ambobus. Et poſtquam egreſſa eſt turba, cepit beatiſſimus dicere eis quantas tribulationes pertuliſſent & docebat eos tamquam proprios filios ſuos dicens : « Nolite deficere quia finis tribu-« lationis perficit gaudium : non ſunt enim condigne paſſio-« nes huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in « nobis ». Tunc itaque, vel magno opere benedictionis percepti ab eo & nimia conſolatione recreati, narrantes virtutes eius, navigant *Iheroſolimam*, & ingreſſi adorant Dominum per loca ſancta. Deinde hoſpitantur in ſancta Anaſtaſi, habentes adhuc quidem parvam pecuniam auri quam expenderunt per manus eorum qui repoſiti erant ſuper pauperes, nolentes per ſe ipſos diſpenſare ne aliquid boni feciſſe viderentur. Ita ſemper humilitatem cuſtodiebant ; aſſerebat denique beatiſſima quod eo voto & deſiderio ibidem adveniſſent ut, omnibus in Chriſto diſpenſatis, in ecleſiaſtico brebe conſcripti, elemoſinam inter ceteros pauperes conſequerentur. Itaque cum nimius ardor fidei eius & abſtinentia permaneret, factum
49 *b*, col. 1 eſt infirmari eam & propter volumtariam paupertatem & multam tolerantiam nicil aliud umquam preter cilicium uteretur. Cumque multi ſervorum Dei & virginum ad viſitandum beatiſſimam deſiderantes venirent, virgo quedam, ſanctitate & vita & moribus valde libera, cum magna veneratione capitale pulvillum vix potuit impetrare ut ſuſcipere dignaretur & ſub ſuo capite ponere, quem beatiſſima acceptum pro magna benedictione & non propter delicias hutebatur.

« Permanebat igitur beatiſſima cum ſancta matre ſua in ſancta Reſurrectione & ſecrete reſidens opuſque ſuum per ſingulos dies conſummans & lectioni vacans, memoriam Scripturarum divinarum ſuo pectori recondebat, nulli paſſim apparens, nec cito procedens niſi forte quum magni & vita & ſanctitate preclari epiſcopi vel ſancti patres venirent, quos maxime non ob aliam cauſam ſet propter ſalutarem doctrinam & divinarum Scripturarum ſecreta miſteria requirens ſuſcipiebat. Occurrebat etiam cum honorifico & ſuo illo conſueto & verecundo ſalutato & provoluta pedibus eorum expoſcebat benedictionem. Quibus egreſſis, ipſa in ſuo opere Scripturæ in ieiunio permanebat. Veſpertinis vero horis poſtquam locus ſancte Reſurrectionis a cuſtodibus claudebatur,
49 *b*, col. 2 omnibus rite receptis, hec beatiſſima, egrediens de cella ſua

ad fores fanćte Anafteos (*fic*) vigilans, in oratione pernoćtabat ufque ad eam horam in qua ceteri ad pfallendum convenirent. Quum autem turba fe congregaffet, ipfa recedens paululum fomno quod natura exigebat indulgebat, & iterum exurgens diluculo, confueto opere infiftebat, ut omnibus horis non nifi quod placitum effet ageret.

« Inruentibus vero in *Spanie* partibus barbaris, remanferunt pauce poffeffiones quas propter inruptionem hoftium diftraere non potuerunt. Tempore autem cum pax locis reddita fuiffet, deftinavit fideliffimum ex fervis fuis, iam liverum, qui ingreffus in predićtis regionibus quandam partem poffeffionum feftinat diftraere, ex quibus non parvo collećto pretio revertens his defert. Quod videns beatiffima, quafi ex ore leonis ereptum, gratias agens Deo, continuo omnia in opus Dei diftribuenda difponit, & dicit ad fuum fratrem : « Do-
« mine meus, volo ut eamus in *Egypto*, & videamus dominos
« noftros & fanćtos fervos Dei per heremum habitantes, ut
« per vifionem & orationes eorum mifericordiam confequa-
« mur ». Beatiffimus vero audiens non fuit contrarius, fet cum gaudio fabens dićtis eius properare confentit. Exurgentes igitur profećti funt in *Egyptum*, & peregrinantes monafte- f. 250*a*, col.
ria fanćtorum monachorum & virginum, difpergunt omnia fingulis prout cuique opus erat. Et quia hoc ei erat ftudium pro aliorum refrigerio femper effe follicitum, venerunt ad quendam fanćtiffimum virum, ficut ipfa nobis referre dignabatur, nomine Effeffionem. Ad quem cum ingreffi fuiffent, poft orationem cepit fanćta rogare ut paucos aureos in hufibus fuis his off[er]entibus accipere dignaretur. Qui alto pede refiliens reppellere oblata nec fibi neceffarium effe aurum in hufibus fatebatur. At quum nulla prece flećteretur accipere, rogatus interim ut proficifcentibus, ficut mos erat, orationem dare iuberet. Et quum ille pronus in faciem Dominum pro ipfis oraret, fanćta perluftrat ubi occulte relinquat pecuniam quam oblatam reppulerat, nicil prorfus tale occurrit quia nicil quod vir fanćtus poffideret in cellula habebatur nifi tantum matta in qua iacebat & in angulo unam fportellam cum paucis paximaciis & vas cum fale modico, quod vix repperiens beatiffima paucos folidos obruit &, accepta oratione, feftinanter egrediuntur ne fervus Domini repertos eifdem refunderet. Feftinant igitur properantes aufugere. Set quum homo Dei
cogitaret preces beatiffime quas illi ut acciperet proferebat, f. 250*a*, col.

ſuſpicione ducitur & preſcrutans continuo, abſconſa que reppulerat invenit & ſumens curſu rapidiſſimo ſanctos inſequitur. Set cum iam hij flumine tranſmeato haberentur, pervenit ad litus & exclamans dixit: « Rogo quid mihi hoc non neceſſa- « rium in loco deſerto relinquiſtis? Quod ſi habere voluero, « latronum pericula ſuſtinebo ». Et beatiſſima ad eum: « Si « placet, iube dare pauperibus; meum enim votum Dominus « implere dignatus eſt ». Et ille dixit: « Et quo ibo, vel ubi « requiram pauperes, numquam a deſerto recedens? ſet ipſi « magis recipientes, aliis dare dignamini ». Set quum nullo pactu nec iſta recipere ſemel data voluiſſet, nec ille potuiſſet flumen tranſire, pecuniam, quam in manu tenebat, proiectam in profundo fluminis merſit. Plurimorum autem monachorum & virginum accipere nolentium hanc occultam offerebat oblationem. Tanto enim deſiderio accendebantur (*ſic*) ut omnes quos viderat ex eius datis acciperent. Sciebat enim ex hoc opere non parvum lucrum anime ſue futurum.

« Circumeuntes ergo *Egyptum* veniunt *Alexandriam* & ilic viſitantes multos ſanctorum, in quibus erant viri mirabiles Tabenenſiotarum arcimandrite & Deo digni preſbiteri Victor & Eugites & Elias & quidam ſanctus preſbiter, ab *Alexan-*
f. 250*b*, col. 1 *dria*, feſtinabat enim hec a ſingulis ſanctorum fructibus benedictionis ſibi congregare, ingrediuntur etiam & in *Nitriam* ad ea loca que appellantur *Cellaria*, & mirifice ſuſcepta eſt a ſanctis patribus qui ibidem erant, quia vililem (*ſic*) in ea providebant ſenſum, & manſit aput eos diebus aliquantis, & congregati ſimul ſancti patres benedicenteſque eam deduxerunt cum pace velut ſanctiſſimam & propriam matrem ſuam.

« Revertuntur iterum *Iheroſolimam*, multo labore vent[or]um intemperantiam ſuſtinentes. Et veniens invenit ſanctam matrem ſuam feciſſe ei cellulam in *Monte* ſancto *Oliveti*, intrinſecus conſtructam ſaxibus, ſicut ipſa petierat ut fieret, in qua poſſet cum ſilentio habitare.

« Ergo poſt ſanctam Epiphaniam aſcendens ingrediebatur in cellulam & clauſa uſque ad diem Paſche in cilicio & cinere & ingenti abſtinentia perdurabat, habens ſecum unam tantum puellam propter obſequium, ſabbato & dominico die cibum ſummens, neminem videns, neminem ſuſcipiens niſi tantu[m] ſanctam matrem ſuam & fratrem ſuum, & his certis quoque diebus. Erat autem quando & neptam ſuam Paulam virginem

interdum venientem ad videndam ſuſcipiebat. Ipſa enim illi facta eſt ad Deum iter oſtendens & in omnibus Dei eam inſtruens, ad multam abſtinentiam & humilitatem perduxit. f. 250 *b*, col. Nam & puella que ei miniſtrabat dicebat nobis quia multotiens, quum iam in Paſcha exurgeret, in cilicio, quod eidem ſancte ſubſternebatur in cinere, vermes inmunes inveniret.

« In hac tali tolerantia fecit annos quattuordecim in *Heroſolimam* (*ſic*), in omnibus ſanctis moribus & celeſti converſatione ſemetipſam exercens. Contigit autem ſancta mater eius migrare ad Dominum. Cuius ſanctum corpuſculum deponens, ſepelivit in *Monte* ſancto *Oliveti*, & ipſa ibidem permanens, de cetero in civitate noluit habitare. Et quum in una cellula obſcura in multa abſtinentia & lacrimis Domino vacaret, fecit ſibi in ipſo ſancto monte monaſterium & rogat ſuum fratrem ut paucas ei virgines congregaret. Conveniunt autem plus minus nonaginta, quas beata ſuo inſtruebat exemplo & cum blandimento monebat, dicens ne vellent vel in modicum viris apparere aut ne aliqua eis occaſio egrediendi naſceretur. Intrinſecus lacum fieri iubet & omnia quecumque corporis neceſſitas exigiſſet ipſa miniſtrari abundanter iubet, tantum ut caverent aſpectus virorum. Quomodo autem eas inſtruens de divinis & orationibus, cogitationibus diaboli perturbatas ad viam Domini revocabat, non eſt noſtrum dicere, ſed f. 251 *a*, col. eorum qui ſapientia pleniori noſtros erro[re]s poſſunt emendare; ex parte autem referam poſt paululum. Erat autem & a turpibus locis abſtraens mulieres propter emulationem caſtitatis & offerens Deo, illud ſciens eloquium quod dicit: « Quoniam qui eduxerit de inpudente pretioſum os meum « erit. » Et quoniam omnes ei ſubdite eſſe deſiderarent, non adquiebit prior eſſe monaſterij ſui propter multam humilitatem, ſet ſtatuit aliam que eas regeret & ipſa ſolum ad orationem & obſequia ſanctorum vacaret. Et quum aliquando paulo durior eſſet que eis prepoſita fuerat mater, hec beatiſſima, amans ſorores, ſummebat que erant illis neceſſaria & in occulto ſingulis ponens ſubminiſtrabat ita ut ille ingredientes paratum invenirent, ignorante hec matre earum. Virgines autem ex conſuetudine intellexerunt quia beata hec faceret; in tantum ut etiam Lauſo cuidam, religioſo viro ex prepoſitis ſacri cubiculi, ſcriberet ut inpenſo pro meriti ſui labore iuberet eis fieret valneum in ipſo monaſterio *Oliveti*, ut quando opus aberent, non in civitatem (*ſic*) vexarentur &

quum (*sic*) hominibus loquendi facerent consuetudinem. Est enim mille passuum longitudo. Docebat enim eas semper de virtutibus & obedientia..... »

[*Hic piis virgines Melania exhortationibus fovet.*]

252*a*, col. 2 « Regulam vero nocturnis temporibus ha[n]c instituerat, ut sine intermissione conpleretur responsuria, tres lectiones & cum matutini fierent, quindecim antifone. Deinde diei tertia orare omnino quia in ipsa hora Spiritus Sanctus descendit. Et sexta precipue quia in ipsa hora fidelis Abrahaam suscepit angelos. Nona vero quia in ipsa claudus sanus effectus est a sanctis apostolis & etiam vir desideriorum Daniel iam pridem docens tria tempora per diem orabat. Lucernaria vero consequenter quia post Resurrectionem a mortuis Christus profectus cum sancto Cleopa circa solis occasum se manifestabat & Dominus mistice dicens in sanctis evangeliis hoc demonstrabat, quomodo exiens paterfamilias locare operarios, in vineam suam, circa horam tertiam, sextam & nonam & circa undecimam eos convocat. Hoc etiam sabbato & dominico & in diebus festis celebrari monebat dicens : « Si per sin-
252*b*, col. 1 « gulos dies oratio bona est, multo magis in Resurrectione « Domini nostri oratio necessaria est, quia facilius in exultatione angelorum & sanctorum preces orationum exaudiuntur. »

« Si autem & aliquando contigisset eas nimio labore vigiliarum esse fatigatas & hec beatissima miserta earum aliquam requiem eis indulgeret, ipse puelle propter salubrem eius doctrinam & nimiam caritatis mansuetudine[m], quam in eas ostendebat, non sibi parcebant dicentes ei : « Si ipsa cum sis « mater nostra & domina non preter[mittis] nobis corporalia « ministrare, & nos quare non magis Deo & tuis preceptis « obtemperemus » ? Et beata hec audiens congaudebat eis, quia in aures audientium & intellegentium loquebatur. Hedificavit autem eis oratorium in monasterio & statuit ibi altare ut divinis misteriis fruerentur. Exceptis enim diebus festis celebraverunt eis una oblatio (*sic*) die Passionis, quod est sexta feria, & una sancte Resurrectionis. Posuit vero ibi reliquias sanctorum Zaccarie prophete & Stephani protomartiris & sanctorum Quadraginta, que sunt Sebastie & reliquorum, quorum nomina longum est edicere.

« Faciebat autem ut in die legerent tres lectiones, ita ut

doctrine & adnuntiationi ecclesiastice mens earum ad bonum semper vacaret institutis orationibus & dicebat: « Memores « estote ut sicuti nunc tenetur ordo usque ad consumatio- f. 252 *b*, col. « nem teneatur. »

« Sed ad id quod propositum est revertamur. Suscipitur autem & beatus frater eius & requiescit in Domino ante annos octo quam illa obiret, Deo ita ordinante. Mansit ergo beata post obitum illius, semetipsam acrioribus ieiuniis & orationibus coartans, per annos [tres] vel quatuor permanens in apostolio quod modicum fecit, in quo & beata mater eius & frater reposita (*sic*) erant. Et quum videret eclesiam non habentem monachos & ministrationem neclegi, subintrat ei deifica emulatio ut faceret hedificationem sanctorum virorum permanere & ministrare nocturnis & diurnis orationibus & psalmodiis in eclesia sancte Ascensionis & in spelunca in qua cum discipulis suis Dominus de consummatione seculi disputavit.

« Multotiens vero volens incipere quod cupiebat spe hac (*sic*) fide opus quidem magnum, proibebatur a quibusdam dicentibus non posse eam perficere si cepisset, propter nimiam paupertatem. Dumque hec cogitaret, ecce non post multum tempus quidam religiosus, diligens Christum, obtulit ducentos solidos. Quos cum accepisset, egit Deo gratias. Et statim vocabit humilitatem meam, qui cum eadem perseverabam, quia & ipsa me de seculo suscipiens Deo obtulit & indignum me Christus ad presbiterij gradum perduxit, dixitque mici: f. 253 *a*, col « Accipe hos ducentos solidos & provide cito operarios & « congregentur lapides incipiantque monasterium virorum ut, « dum vivo ergo & sub prestis (*sic*) sum, videam ministerium « Deo fieri cito, ut ossa Domini fratrisque mei, & matris mee « sint in refrigerio, his Deo servientibus. »

« Ceptum est autem mox hedificari &, annuente Domino fidei famule, eis ipso anno perfectum est opus magnum & mirabile. Quod qui viderunt admirantes nonnisi divina providentia fabente consummatum esse fatebantur. Et habitabant ibi sancti servi Domini & ministerium Deo gloriosissime adimplebant, sive in sancta eclesia Ascensionis, sive in apostolio ubi sancta mater eius & frater requiescebant.

« Quum igitur, in his constituta, nimium leta Deo gratias ageret, veniunt littere ab avunculo suo Volusiano uno ex prefectis, eo quod venisset Constantinopolim ad interceden-

dum aput piiſſimam reginam Eudoxiam quam diſponſare volebat piiſſimus imperator noſter Valentinianus. Acceptis itaque litteris, conpungitur corde & deſiderat videre ſuum
153 *a*, col. 2 avunculum, primum quidem propter ipſam paternam affectionem, aliud propter divinam diſpenſationem quia voluit animum eius ſalvum fieri; erat enim adhuc gentilis. Quum ergo cogitationem opus ſubſequeretur, poſt unam ſeptimanam ſtatim egredi[tur] ab *Iheroſolimis*, omnibus ſanctis ſe commendans ut omnes orarent ex Deo eſſe hanc cogitationem. Timebat enim ſemper ne quando extra volumtatem Dei aliquid ageret.

« Proficiſcens igitur qualiter per loca ſingula vel civitates a ſanctis epiſcopis & hominibus honorabatur, quis poteſt edicere aut valeat enarrare. Videres per ſingulas civitates deſcendere eos qui multis temporibus in ſolitudinibus converſabantur occurrere & ad videndum concupiſcere quam virtutibus audierant relucentem. Quam quum viderent ſancti monachi & virgines, recedere nolebant quia de ſuavi eius viſione & eloquio ſuos animos non ſatiabant. Et cum veniſſet [h]ora recedendi, omnium pre deſiderio eius fiebat commotio flendi. Verumtamen quia miſterium regis celare, Dei autem opera revelare glorioſum & iuſtum eſt, ingreditur igitur beatiſſima in *Tripolim* cum ſuis. Eſt autem illic martyrium ſancti Leonti, in quo etiam, intercedente ſancto martyre, multa ſigna efficiebantur. Miſit ergo ibi beata, & quia multa animalia neceſſaria erant his qui erant cum ea, contigit aliquem curialem, Meſala nomine, durum invenire & difficilem dare
153 *b*, col. 1 evectionem hac (*ſic*) tribuere animalia. Tribulabaturque beatiſſima & permanebat ſancto martiri in oratione a veſpere uſquequo venirent animalia, & egrediens proficiſcitur ſimul & qui cum ea erant. Necdumque tranſibimus ſex aut ſeptem milia, conſequitur nos curſu publico predictus Meſala curialis & coniu[n]gens ſe requiret dicens : « Ubi eſt preſbiter ? » Ego cum eſſem inconſuetus neceſſitatibus publicis, timens vereri cepi ne forte iterum auferens animalia revocaret ſe propter preſentiam preſidis, diſcendi & dixi : « Ego ſum, quid iubes, fili ? » Qui dixit : « Volo ſanctam adorare & benedici ab ea. » Et quum veniſſet ad eam, tenuit pedes eius dicens : « Indulgeat mici « ſanctitas tua. Ignorabam enim te eſſe; ideo diſtuli ad mo- « mentum dare animalia & nunc cucurri ad ſatisfaciendum ne « michi indigneris & Deus iraſcatur. » Tunc ſancta ayt (*ſic*)

ad eum: « Deus te benedicat, fili, quia etfi tardius dimififti « nos. » Et ftatim proferens folidos quos a me pro fportule gratia fufceperat, porrigebat michi. Quos videns nolebam fufcipere, arbitrabar enim quia parum dediffem. Dixique ei: « Si parum eft addimus tothidem (*fic*), nam iftos non accipi- « mus. » Qui dixit: « Neque hos teneo, neque alios accipiam. » Sufpicabar autem ego ne vereretur accufari fe in palatio. Cui dixi: « Ne timueris, fili! non enim fumus ex his que (*fic*) cuncta « peragrant; nos autem neceffitate conpulfi iter facimus; con- « fide autem quia nicil mali de te nos dicemus, nec enim ex- f. 253 *b*, col. « pedit fervos Dei talia agere. » Ad poftremum cepit nobis & fancte confiteri & dicere: « Credite mihi, beatiffimi & ipfa « fanctiffima, quia per totam noctem & ego & coniux mea « caftigati fumus a fancto martyre Leontio. Et egreffi ambo « fimul cucurrimus ad martyrium, fi ibidem vos conpreedere- « mus. Et quum iam profecti fuiffetis, ego vix potui verederis « (*fic*) vos adprehendere. Nam coniux mea pro me fupplicat, « quia ipfa fequi non potuit. Rogamus ergo ut ignofcatis nobis « & oretis pro nobis ignorantibus. » Tunc hec audientes egimus Deo gratias & fic fufcepimus tres illos folidos & reverfus eft ille curialis cum gaudio, accepta benedictione a beatiffima. Et cum omnes de hoc miraremur, dicit beatiffima: « Confidite « quoniam ex Deo eft iter noftrum. » Et nos ab invicem rogabamus fanctam ut indicaret mifterium caufe. Sufpicabamur enim quod aliquid ei oftenfum fuiffet quoram ominibus (*fic*), dicere mihi fecretius dignabatur: « Quia per totam noctem, « inquid, pervigilans rogavi dominum & fanctum martirem « ut nobis aliquod fignum hoftenderet, fi fecundum Deum eft « iter noftrum, retinebat iter. » Tunc cum gaudio iter agentes ibamus & cum gaudio ab omnibus fufcipiebamur, multi enim & vifiones fe vidiffe dicebant de adventu eius..... »

[Anonymus coævus, *Vita f. Melaniæ, fenatricis Romæ* (Par. B. Nat., n. acq. lat. 2178, m., *in Hifpania litteris vifigothicis exaratum*, f. XI, ff. 248-253); — *foliis aliquibus avulfis, quæ ad reliquum iter de Tripoli Conftantinopolim & de Conftantinopoli Hierofolymam fpectabant defunt; cætera autem, ff.* 254 *a*-257 *a*, *fanctæ Melaniæ mortem fufius narrant.*]

« Sancti filij communes, Albina, Pinianus & Melania plurimum vos falutant. Has litteras de fancto *Bethleem* fancto prefbytero Innocentio dedi perferendas. »

[S. Hieronymus (*tunc in Palæstina morans*), *Epistola* CXLIII, c. 2, *ad Alypium & Augustinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1182).]

« Quantum de vestra corporali & maxime spirituali salute gaudeamus, sincerissimi fratres, dilecti a Deo Albina, Piniane & Melania, quia effari non possumus, vobis cogitandum credendumque committimus, ut ea de quibus nos consuluistis, potius iam loquamur . . . .
Scripsistis mihi, cum Pelagio vos egisse, ut quæcumque adversus eum dicerentur, scripto damnaret: eumque dixisse, audientibus vobis . . . . »

[S. Augustinus, *Liber de gratia Christi*, cc. 1 & 2 (Migne, *Patr. lat.*, XLIV, c. 359); cf. s. Augustinus, *Liber de peccato originali*, c. 5 & pass. (Migne, *Patr. lat.*, XLIV, c. 388).]

(Cf. Palladius, *Hist. Lausiaca*, cc. 97, 118, 119 [Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, cc. 1230-1232]; Theophanes, *Chronographia*, ad. ann. 5296 [ed. Bonn., t. I, p. 142]; Photius, *Bibliotheca*, *Cod.* LIII [Migne, *Patr. gr.*, CIII, c. 93]; Simeon Metaphrastes, *Vita & conversatio sanctæ Melaniæ Romanæ*, cc. 20 & s. [Migne, *Patr. gr.*, CXVI, cc. 773 & s.]; Id., *Vita s. Euthymij*, c. 74 [*Ibid.*, CXIV, c. 657]; Baronius, *Annales ecclesiast.*, ad ann. 419, n. 103, & *Itinera græca*, I.)

417 LUCAS *quidam, qui s. Augustini epistolam ad Ioannem, episcopum Hierosolymitanum, attulit.* (164)

« Nunc vero quoniam servum Dei Lucam, per quem ista direxi, cito comperi esse rediturum, agam Domino & tuæ benignitati uberes gratias, si me litteris fueris visitare dignatus. »

[S. Augustinus, *Epistola* CLXXIX, *ad Ioannem Hierosolymitanum* (Migne, *Patr. lat*, XXXIII, c. 774).]

417 LEGATI (?) *ab Innocentio I ad Iohannem, episcopum Hierosolymitanum, & s. Hieronymum missi.* (165)

[Innocentius I, *Epistola ad Iohannem Hieros.* (Mansi, *Concilia*, III, c. 1125; Jaffé, n° 120); Idem, *Epistola ad s. Hieronymum* (*Ibid.*, III, c. 1126; Jaffé, n° 121); cf. Idem, *Epistola ad Aurelium*, *episcopum Carthaginiensem* (*Ibid.*, III, c. 1128; Jaffé, n° 122).]

417. APRONIUM QUEMDAM AD PEREGRINATIONEM HORTATUR S. HIERONYMUS.

« Optimum autem facies, si, cunctis rebus omissis, Orientem & præcipue Sancta Loca petas. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXXXIX, *ad Apronium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1166).]

417 *ALENTIUS *diaconus, qui Riparij epiſtolam ad ſ. Hieronymum attulit.* (166)

« Chriſti te adverſum hoſtes catholicæ fidei bella bellare, & tuis litteris & multorum relatione cognovi .... Puto autem & ſanctum fratrem Alentium diaconum tuæ dignationi cuncta narrare fideliter. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXXXVIII, *ad Riparium* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1165).]

418. HONORII ET THEODOSII II IMPP. LEX QUA IUDÆIS MILITIÆ ADITUS CLAUDITUR.

[*Cod. Theodoſ.*, l. XVI, tit. 8, lex 24 (éd. Gothofred., t. VI, p. 264).]

ant. an. 418 INNOCENTIUS *preſbyter.* (167)

« Sanctus Innocentius preſbyter, qui huius ſermonis eſt portitor, anno præterito, quaſi nequaquam in *Africam* reverſurus, mea ad dignationem veſtram ſcripta non ſumpſit. »

[S. Hieronymus, *Epiſtola* CXLIII, *ad Alypium & Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 1182); cf. *Epiſtola* CXXXIX, *ad Apronium* (ibid., c. 1165).]

419. S. IOHANNES, EPISCOPUS HIEROSOLYMITANUS, DE TERRÆ MOTU MAXIMO SCRIBIT IN OCCIDENTEM.

[S. Auguſtinus, *Sermo* XIX *de verſu* 3 *Pſalmi* XLIX (Migne, *Patr. lat.*, XXXVIII, c. 136); Idatius, *Chronicon*, ad ann. Honorij 24 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 878); Marcellinus, *Chronicon*, ad ann. 419 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 924); Antoninus, *Itinerar.*, c. 13 (ed. ſupra, t. I, p. 99).]

420 Palladius, diſcipulus ſancti Evagrij. (xxxij)

[Ἡ πρὸς Λαῦσον ἱστορία περιέχουσα βίους ὁσίων πατέρων (Migne, *Patr. gr.*, XXXIV, c. 995-1259).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 420 COSMAS, CHRYSIPPUS, GABRIELIUS *fratres, ex Cappadocia,* DOMNUS *Antiochenus,* STEPHANUS, *poſtea Iamnien-*

ſis epiſcopus, ANDREAS, GAIANUS *Meliteni*, *Stephani fratres*, IOANNES, *Rhaitenſis preſbyter*, ANATOLIUS & THALASSIUS. (168)

[S. Cyrillus Scythopol., *Vita ſ. Euthymij* (Pouget, *Analecta græca*, pp. 30, 31; cf. pp. 41, 45, 61, 66, 67, 73, 76); Simeon Metaphraſtes, *Vita ſ. Euthymij*, cc. 40, 41 & *paſſ.* (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, cc. 628-629).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 420 *S. PETRONIUS, *Bononienſis epiſcopus.* (169)

« . . . . . . Illo plurimo labore typice geſſit opus mirifice conſtructum inſtar Dominici ſepulcri, ſecundum ordinem quem viderat & provida cura cum calamo diligenter menſus fuerat, cum eſſet *Hieroſolymæ*; ibi enim per aliqua dierum curricula ſibi fuerat per totam *Judæam* colligere vectigalia. Etiam parietes ſepulchri intus undique per gyrum cum iuncturis ſuis ſunt erecti, & lapidibus quadratis & ſectis nimio candore pollentibus.

« 13. Aliud quoque ædificium, idque plurima varietate columnarum a fundamentis ædificavit, cum atrio in circuitu, cum duobus ordinibus precioſarum columnarum cum baſibus & capitellis ſuis, ſignis multiplicibus decoratis, ita ut ſuper inferiorem ordinem columnarum alius pretioſior ſupereminebat. Tali modo extendebatur uſque ad locum, qui figurate *Golgotha*, hoc eſt *Calvaria*, nuncupatur, ubi crux, in qua Chriſtus pro ſalute mundi fixus eſt, poſita fuit. Ille vero locus variis imaginibus diverſi coloris depictus eſt; pavimentum autem totius operis ſtratum eſt Pario lapide & porphyretico & lapidibus diverſæ varietatis. Ita pulchra & prælucida ſunt cuncta loci huius ædificia, ut, qui ſemel ea proſpexerit, iterum videre ardentiſſimo amore deſiderat. In eodem vero loco, qui *Golgotha* dicitur, poſuit ligneam crucem, quæ in longitudine & latitudine undique per totum facta fuerat ad inſtar crucis Chriſti. Poſt longa autem annorum curricula ſæva gens *Ungarorum* cum plurima vaſtitate invaſerunt totam provinciam: una pars, quæ crudelior fuerat, vidit crucem ibi poſitam, cupiens delere, ut a Chriſticolis deinceps non adoraretur, lignis ac paleis replevit illud omne ædificium, ignemque pariter ſuccendit, ut crucem combureret & tantum decus præclari operis rueret in præcipitium: non meritis ullius,

ſed divina clementia actum eſt, quod ſancta crux a nefandorum feritate inlæſa permanſit, ſicut eſt hodie, & præcipuum opus ædificij a valido calore ignis inuſtum per virtutem ſanctæ crucis extitit.

« 14. Aliud vero, quod magno opere geſſit, non eſt reticendum. Et menſus eſt, cum eſſet *Hieroſolymæ*, quot calamis *Golgotha* diſtaret a *monte Oliveti*: eodem modo ibi & menſus eſt; in grata planitie illius loci montem condidit, qui uſque in præſentem diem *mons Oliveti* vocatur, quem cum magno ſudore & exercitio inaltavit; & aliunde ex imperiali edicto terram fodere & conducere fecit. Siquidem in vertice montis huius monaſterium in honore ſancti Ioannis evangeliſtæ omni diligentia cum eminentiori ædificio, excelſis turribus ſtudioſe conſtruxit. In medio autem templi atrium cum columnis pretioſorum lapidum tereti circulo mire exornavit, & veſtibulum, quod erat ante atrium, veſtivit variis lapidibus lactei coloris cum cœlaturis ſuis. Parietes autem totius ædificij, atrij & veſtibuli circumquaque in circuitu per girum pulchris picturis decorare ſtuduit. A pede montis huius uſque ad verticem aſcenſus erat per marmoreos gradus. In medio atrij eſt locus, ex quo, cernentibus diſcipulis, Chriſtus aſcendit in cœlum. In eodem vero loco Spiritus Sanctus venit ſuper eos, & dedit illis ſcientiam omnium linguarum: illic nimirum poſita eſt crux, ut in poſterum ſignum eſſet tantæ ſanctitatis. Spatium autem, quod diſtat inter *Golgotha* & *montem Oliveti*, eſt vallis quæ nuncupatur *Ioſaphat:* in ea vero eſt ager *Hakeldamach* [*al. Achaldemach*], qui emptus eſt a Iudæis ex triginta argenteis quos Iuda retulit, in ſepulturam peregrinorum, ſicut legitur in Paſſione Domini. Aliud quoque opus, quod ſolerter exercuit, non eſt prætermittendum, quin literis dilucidare ſatagemus. Fecit quoque typice ingenti cura piſcinam, ſecundum quod calamo menſus fuerat in *Ieruſalem* inſtar *natatoriæ Siloë*, de qua nato cæco Dominus ait: « Vade ad *natatoriam Siloë* & lava » [Ev. ſec. Ioann., IX, 7]; fecit etiam cæcus, quod ſibi imperaverat, abiit & lavit & vidit & credidit Deo. »

[*Vita ſ. Petronij ex Chronico monachorum S. Stephani Bonon.* (ante 1180), c. 2 (*AA. SS. Boll.*, Octobr. II, 459 & Giovambatiſta Melloni, *Atti o memorie di ſan Petronio, veſcovo di Bologna*, Bologna, 1784, in-4, p. 144). *Idem* (*p.* 6, *n.* 2 *&* *pp.* 7-9) *multos recenſet ſæc. XV & XVI auctores qui de Petronio locuti ſunt. Vitam inſuper ſancti viri reperiit in codice*

quodam Bononienſi, a Iacobo de Voragine, ut dicit, ſcriptam, quæ nondum typis mandata fuiſſe videtur.]

« Omni igitur cura & cogitatione vir religioſus defixus in ſanctiſſimis chriſtianæ fidei inſtitutis, quo magis in dies contemplatione accenderetur, *Ægypti* ſolitudine iam peragrata, *Hieroſolymam* peregrinari ſtatuit, ubi peractæ redemptionis noſtræ impreſſa veſtigia Chriſtus reliquit verus Deus & homo. Itaque cum ad eam urbem venit, totus meditationis ſtudio exardeſcens, *Domini ſepulchrum* inprimis & reliqua illius ſacra rerum geſtarum monimenta, ac ſingula loca quæ abſens intima pietate coluerat, præſens veneratus eſt ſancte & religioſe. Cumque omnia tandem perluſtraſſet, incredibili quodam mentis ardore, quo tamen magis ad contemplationem fixa in animo illa hærerent, ſingulari etiam diligentia eorum ſitum ac rationem notavit. Quamobrem merito quidem Theodoſij minoris, qui tum imperabat, religioſiſſimi principis, gratiam & amorem ſibi ita conciliavit, ut is ſanctitatis opinione, non minus auctoritatis apud illum obtineret, quam pater obtinuiſſet rerum gerendarum induſtria. »

[*Vita altera e* Galeſinij *Martyrol. Romano*, c. 1 (*AA. SS. Boll.*, Oct. II, p. 464). *Notandum eſt quod omnes auctores antiqui, necnon recentiores quidam ſæc. XIII-XV, qui de ſ. Petronij vita ſcripſerunt, nihil de peregrinatione eius in Terram Sanctam memoraverunt. Vide præſertim:* S. Eucherium, ep. Lugd., *Epiſtola ad Valerianum* (*Max. Bibl. Vet. Patr.*, ed. Lugd., t. VI, p. 860); ſ. Proſper. Aquitan., *Chronicon*, pars II (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 585); Gennadium, *De ſcriptor. eccleſ.*, c. 41 (Migne, *Patr. lat.*, LVIII, c. 1082); Adon. Viennenſ., *Chronicon*, æt. VI (*Max. Bibl. Vet. Patr.*, ed. Lugd., t. XVI, p. 796); Vincentium Bellovac., *Spec. hiſt.*, l. xx, c. 25 (ed. Duac., 1624, p. 789); Petrum de Natalibus, *Catalogus ſanctorum*, l. IX, c. 20 (ed. Venet., 1493); ſ. Antoninum, *Summa hiſtorialis*, tit. XI, c. 11, § 5 (ed. Nuremb., 1484, in-fol., t. II, f. LIX r°.]

360-420. PETRUS *Galata, qui primo in Palæſtina, deinde in Antiochia vitam egit.* (170)

[Theodoretus, *Hiſt. relig.*, c. 9; cf. Id., *Hiſt. eccleſ.*, l. IV, c. 25 (Migne, *Patr. gr.*, cc. 1380, 1190).

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 420. ** S. CYRILLUS, EPISCOPUS HIEROSOLYMITANUS, DE MIRACULIS S. HIERONYMI AD SANCTUM AUGUSTINUM SCRIBIT.

[S. Cyrillus Hieroſol., *Epiſtola ſpuria ad ſ. Auguſtinum* (Migne, *Patr. lat.*, XXII, cc. 289-326).]

c. 420. ** EUSEBIUS DE MORTE S. HIERONYMI AD DAMASUM SCRIBIT.

[Eufebius, *Epiftola fpuria ad Damafum* (f. Hieronymus, *Opp.*, ap. Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 239).]

c. 420. ** S. AUGUSTINUS, HIPPONENSIS EPISCOPUS, AD S. CYRILLUM, HIEROSOLYMITANUM EPISCOPUM, DE MAGNIFICENTIIS BEATI HIERONYMI SCRIBIT.

[S. Auguftinus, *Epiftola fpuria ad Cyrillum* (Migne, *Patr. lat.*, XXXIII, app., c. 1120 & XXII, c. 281).]

poft a. 420 **VIRI *duo nobiliffimi ex Alexandria AEgypti, cum latronibus nonnullis.* (171)

« Duo viri nobiliffimi & rebus tranfitoriis locupletes, licet catholicæ veritatis infcij, tamen ut in gentili ritu geniti fatis boni, gloriofi Hieronymi mirabilia audientes, ex civitate *Alexandria*, multis adunatis opibus, devotione eiufdem fervidi, cœperunt iter, ut eiufdem gloriofi Hieronymi reliquias vifitarent. Cumque iam incœpto itinere quoddam a tramite devij introiffent nemus, ubi nulla hominum aut equorum veftigia videbantur, beati Hieronymi invocantes nomen, eiufdem fe cuftodiæ tradiderunt. In eodem fiquidem nemore, quidam latronum habens fub fe plures quingentis latronibus habitabat princeps, hos & illos ad aliquod prædeftinans iter, ut tranfeuntes interficerent & ad eumdem & cæteros fpolia reportarent. . . . .
O ineffabilis clementia Salvatoris, quot modis quos vult facit ad agnitionem fui nominis devenire! Repente hæc tam infueta omnis illa latronum videns concio, altis Deo & gloriofo Hieronymo vocibus debitas agunt laudes, eiufdem fe voventes reliquias vifitare. Facto igitur mane, plures trecentis hominibus qui tunc temporis ibi erant talia perpetrantes, cum eifdem Alexandrinis ex illo exeuntes nemore, ad gloriofi Hieronymi tumulum devenerunt, cunctis tam infueta prodigia enarrantes. »

[S. Cyrillus, Hierofol. epifc., *Epiftola fpuria de miraculis f. Hieronymi*, c. 6 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 302).]

poft a. 420 **ROMANI *duo iuvenes & Conftantinopolitani multi.* (172)

« Sicut Conftantinopolitanis litteris hac de re mihi fpecialiter directis, tranfacto non longo dierum fpatio, intellexi, fimile pene miraculum illi quod fupra fatus fum, duobus

Romanis iuvenibus a *Romana* urbe *Bethleem* venientibus, pro gloriofi Hieronymi vifitando corpore. . . . . Et tandem, annuente Deo, a multis *Conftantinopolitani* populi comitati, *Bethleem* attingentes, veneratione debita gloriofi Hieronymi reliquias vifitaverunt. Statimque depofita fæcularium omni cura, cœnobium in quo vixit gloriofus Hieronymus intraverunt, & vacantes die noctuque pœnitentiæ & orationibus, celebri vita fanctitatis perfpicuæ in prædicto cœnobio adhuc manent. »

[S. Cyrillus Hierofol. epifc., *Epiftola fpuria de miraculis f. Hieronymi*, c. 7 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 304).]

a. 420 **IOANNES, *Cyrilli Hierofolymitani nepos, qui a Perfis captus fuerat.* (173)

« Nepos meus Ioannes, quem agnofcis, omni fulgens pulchritudine, quem mihi in locum filij adoptavi, ut puto, tibi pridie quid ei evenerit enarravi. Sed tamen, ut præftantius memoriæ commendetur, filentio non tranfibo. Captus itaque idem Ioannes ante duos annos a Perfis, & Perfarum regis miniftris venditus, propter eminentem fuam pulchritudinem ad regis exercenda obfequia deputatur. Cumque per annum in curia regis non parvo dolore & tædio permanfiffet, eodem revolutionis anni die prandenti regi ferviens, præ triftitia fe a lacrimis non potuit continere. Hoc rex intuens, lacrimarum ab eo avide quærit caufam. Qua comperta, in quodam eum caftro a quibufdam præcepit militibus cuftodiri. Sequenti namque nocte, eodem in caftro exiftente diris lacrimis undique madefacto, in fomnis eidem gloriofus Hieronymus veniens manumque eius, ut fibi videbatur, capiens, ad civitatem *Ierufalem* fecum duxit. Expergefactus mane, in domo, in caftro a militibus retineri putans fe, qua maneo fe invenit. Qui admiratione velut amens factus, utrum in caftro vel in domicilio meo ftaret, nullatenus difcernebat. In fe poftremo rediens, emiffa voce, dormientem familiam excitavit. Currunt igitur ad me famuli adeffe Ioannem ineffabili gaudio nuntiantes. Quare dubius accurrens, quem a Perfis vinctum putabam, præfentem cerno. Quo quidem quid ei acciderit enarrante, Deo & gloriofo Hieronymo laudes maximæ perfolvuntur. »

[S. Cyrillus Hierofol. epifc., *Epiftola fpuria de miraculis f. Hieronymi*, c. 12 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 309).]

post a. 420 **NICOLAUS, *Cretensis insulæ archiepiscopus.* (174)

« Venerabilis idem archiepiscopus [Nicolaus] pridie gloriosi Hieronymi devotione nimia *Bethleem* veniens, ut eiusdem cunctis honoribus colendas reliquias visitaret, & totus caritate fervidus redire noluit, donec me sua gratissima visitatione eximiis lætitiis adimpleret. Qui uti donorum præcipuis, ut gratissima mihi donaria superabundantissime, more solito, impertiret, ne visitare minime contentus, mecum dignatus est iam diebus pluribus commorari & etiam adhuc manet, quod utinam tempore longo duret. »

[S. Cyrillus, Hierosol. episc., *Epistola spuria de miraculis s. Hieronymi*, c. 18 (Migne, *Patr. lat.*, XXII, c. 314).]

417-423. HONORII ET THEODOSII II IMPP. LEGES QUIBUS IUDÆIS PROHIBETUR CHRISTIANA MANCIPIA COMPARARE.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 9, leg. 4, 5 (ed. Gothofred., t. VI, p. 273).]

423. HONORII ET THEODOSII II IMPP. DE IUDÆORUM SYNAGOGIS LEGES.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 8, leg. 25, 26, 27 (ed. Gothofred., t. VI, pp. 265, 266, 267).]

c. 425 ARMENII CCCC. (175)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Euthymii* (Pouget, *Analecta græca*, p. 32); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Euthymii*, c. 43 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, p. 632).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 425 **ANONYMI *quidam qui corpus s. Iacobi intercisi, martyris, Hierosolymam detulerunt.* (176)

[*Acta s. Iacobi*, in *Synaxario Cophtarum* (St. Evod. Assemanus, *Acta martyr.*, I, pp. 239, 240).]

(Cf. *Itinera diversa*, I.)

426. THEODOSII II ET VALENTINIANI IMPP. DE IUDÆIS ET SAMARITANIS QUI AD CHRISTIANAM FIDEM TRANSEUNT LEX.

[*Cod. Theodos.*, l. XVI, tit. 8, lex 28 (ed. Gothofred., t. VI, p. 267).]

c. 427 *Talmud Babylonicum.* (xxxiij)

[Warschau, 1864-1874, 12 v. in-8, *passim.*]

(Cf. *Itinera hebraica*, I.)

428 LEGATI *Theodoſij iunioris, dona plurima Hieroſolymam afferentes, quibus partem ſ. Stephani protomartyris reliquiarum patriarcha elargitus eſt.* (177)

[Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5920 (ed. Bonn., I, pp. 133-134); Cedrenus, *Hiſt. compend.* (ed. Bonn., I, 592). Cf. J. Stiltingus, *Comment. de ſ. Pulcheria*, c. 6 (*AA. SS. Boll.*, Sept. III, 513).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

429. THEODOSII II ET VALENTINIANI IMPP. DE IUDÆORUM IN PALÆSTINA PRIMATIBUS LEX.

[*Cod. Theodoſ.*, l. XVI, tit. 8, lex 29 (ed. Gothofred., t. VI, p. 268).]

430 aug. LEGATI *Cæleſtini* I, *papæ, Iuvenali Hieroſolymitano & Iohanni Antiocheno epiſcopis epiſtolam afferentes.* (178)

[Cœleſtinus I, *Epiſtola* (Manſi, *Concilia*, IV, c. 1047; Jaffé, n° 156).]

430 THEODORETUS, *epiſcopus Cyrenſis.* (179)

[Theodoretus, *Græcarum affectionum curatio*, Sermo XI, *de fine & iudicio* (Migne, *Patr. gr.*, LXXXIII, c. 1120).]
(Cf *Itinera græca*, I.)

c. 430 OMNIUM GENTIUM HOMINES, *ad Hieruſalem peregrinantes.* (180)

[Theodoretus, *In Pſalm.*, cc. 86 & 132, *In Iſaiam*, c. 1 & 60, *In Ieremiam*, c. 3, *In Baruch*, c. 5 (Migne, *Patr. gr.*, LXXX, cc. 1565, 1909, LXXXI, cc. 233, 237, 465, 520, 777).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 430 SYNODIUS & *ſocij.* (181)

[Cyrillus, *Vita ſ. Euthymij* (Pouget, *Analecta græca*, p. 40); Simeon Metaphraſtes, *Vita ſ. Euthymij*, c. 54 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 639).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 431 *GERMANUS *preſbyter, ex Arabica regione.* (182)

« *Hieroſolymis* Iuvenalem epiſcopum præſidere, Germani preſbyteri *Arabicæ* regionis, exinde ad *Gallæciam* venientis, & aliorum Græcorum relatione comperimus, adiicientibus *Conſtantinopolim* eum cum aliis & *Palæſtinæ* provinciæ & Orientis epiſcopis evocatum, ſub præſentia Theodoſij Auguſti, contracto epiſcoporum interfuiſſe concilio ad deſtruendam

Hebionitarum hæresim, quam Nestorius, eiusdem urbis episcopus, pravo stultissimæ sectæ resuscitabat ingenio. »

[Idatius, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 880).]

432. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

[Mansi, *Concilia*, V, c. 1155.]

432. CONCILIUM ALTERUM ANTIOCHENUM.

[Mansi, *Concilia*, V, c. 1159.]

c. 433 MOISES DE KHORENA, *Armenus*. (183)

[Moyse de Khorène, *Hist. d'Arménie*, l. III, c. 62 (tr. Le Vaillant de Florival, II, 169).]

(Cf. *Itinera diversa*.)

433 sept. 17 LEGATI *Sixti III, papæ, epistolam Iohanni, episcopo Antiocheno, afferentes*. (184)

[Sixtus III, *Epistola ad Ioh. Antioch.* (Mansi, *Conc.*, V, c. 379; Jaffé, nº 171).]

435. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

[Mansi, *Concilia*, V, c. 1181.]

437 vel 438 MELANIA *iunior, altera vice*. (185)

[*Vide supra* (nº 163, pp. 137-142) *Melaniæ vitam ex quodam cod. Parisiensi latino excerptam.*]

(Cf. Simeon Metaphrastes, *Vita s. Melaniæ*, cc. 27 & s.; Photius, *Bibliotheca*, cod. LIII (Migne, *Patr. gr.*, CIII, c. 94).

(Cf. *Itinera græca*, I.)

438-439 EUDOXIA, *uxor Theodosij II Augusti*. (186)

« Eudoxia, uxor Theodosij principis, ab *Hierosolymis* urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica sancti Laurentij positæ venerantur, secum deferens. »

[Marcellinus comes, *Chronicon*, ad ann. 439 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 926).]

« Theodosius igitur imperator pro beneficiis a Deo sibi collatis gratias referebat, plurimis honoribus Christo sua vota compensans, coniugemque suam Eudoxiam ad *Hierosolymam* destinavit. Hoc enim & ipsa votum habuerat, si filiam videret nuptam. Quæ tam *Hierosolymis* ecclesias constitutas quam

per ſingulas civitates poſitas honoravit, & cum pergeret & cum denuo remearet. »

[Caſſiodorus, *Hiſt. tripartita*, l. XII, c. 15 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 1214), *quem exſcripſit* Freculphus, *Chronicon*, t. II, l. V, c. 11 (Migne, *Patr. lat.*, CVI, c. 1242).]

« Sequenti vero anno, Theodoſius imperator Eudoxiam uxorem ſuam *Hieroſolymam* miſit, gratificos hymnos oblaturam Deo, quæ plurima dona eccleſiis contulit, & adoratis tam ſancta cruce quam colendis locis reverſa eſt ad regalia. »

[*Hiſtoria miſcella*, l. XIV, c. 15 (ed. Eyſſenhardt, Berol., 1869, p. 325), *quam exſcripſit* Anaſtaſius Biblioth., *Hiſt. eccleſ.*, ad ann. 5926 (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1227).]

« Eudoxia, uxor Theodoſij principis, ab *Hieroſolymis* remeavit, beatiſſimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in baſilica ſ. Laurentij poſitæ venerantur, ſecum deferens. »

[Beda Venerab., *Chronicon*, ad ann. mund. 4410 (*Mon. hiſt. britan.*, ed. Lond., 1848, I, p. 94), *quem exſcripſit* Ado Viennenſis, *Chronicon*, aet. VI (*Max. Bibl. Veter. Patrum*, ed. Lugd., XVI, p. 796).]

« Eudoxia, Theodoſij principis uxor, *Hieroſolymam* profecta, catenam, qua Petrus apoſtolus a Nerone vinctus fuit in carcere, a quodam Iudæo ſuſcepit & *Romam* cum multis aliis reliquiis attulit. »

[Hugo Flaviniacenſis, *Chron.*, lib. I (Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, VIII, p. 303.]

« Eudoxia auguſta, uxor Theodoſij, *Hieroſolymam* ex voto properavit, & inde reliquias protomartyris Stephani & duas catenas, quas Angelus de manibus Petri apoſtoli diſiecit, Dei nutu attulit, eiſque adiuncta catena, qua etiam *Romæ* Petrus vinctus fuit, triadem fecit, & inde cum conſilio Romani præſulis, ſolemnitatem ſancti Petri, quæ dicitur *Ad vincula*, *Romæ* inſtituit calend. aug., ideo maxime ut populum revocaret a gentilis ſuperſtitionis pompa, quod adhuc ſolemnizabat in hac die civitas, ex ritu gentili, pro victoria Octaviano Auguſto collata. »

[Vincentius Bellovac., *Spec. hiſtoriale*, l. xx, c. 37 (ed. Duac., 1624, p. 790).]

(Cf. Socrates, *Hiſt. eccleſ.*, l. VII, c. 47 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 840); Evagrius, *Hiſt. eccleſ.*, l. I, cc. 20, 21 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, cc. 2473, 2476); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5927 (ed. Bonn., I, p. 143); *Chronicon paſchale*, ad ann. 444 (ed. Bonn., I,

p. 585); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Melaniæ*, c. 31 (Migne, *Patr. gr.*, CXVI, c. 788); Glycas, *Annales*, pars IV (ed. Bonn., p. 484); Zonaras, *Annales* (ed. H. Valefius, Bafil., t. III, p. 37); Ephræmius, *Imperatorum & patriarcharum recenfus*, v. 715-720 (ed. Bonn., p. 38); Nicephorus Calliftus, *Hift. eccle f.*, l. XIV, cc. 23, 50 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, cc. 1129, 1233) & *Itinera græca*, I.)

439 *IUDÆI CRETENSES, *Hierofolymam pede ficco remeare tentantes.* (187)

« Hoc etiam tempore, diabolus in fpecie Moyfi Iudæis in *Creta* apparens, dum eos per mare pede ficco ad terram repromiffionis promittit perducere, plurimis necatis, reliqui, qui falvati funt, confeftim ad Chrifti gratiam convertuntur. »

[Ifidorus Hifpal., *Chronicon*, c. 109 (Migne, *Patr. lat.*, LXXXIII, c. 1052).]

« Circa eadem tempora multi Iudæorum in *Creta* chriftiani funt facti propter huius modi paffionem. Quidam Iudæus finxit femetipfum effe Moyfen & cælitus deftinatum ut Iudæos illam infulam habitantes per mare deduceret, ipfum fe effe dicens qui olim filios Ifrael per *Rubrum mare* falvaverat. Circuibat itaque toto anno unamquamque illius infulæ civitatem fuadebatque Iudæis ut crederent, monens ut omnes pecunias atque poffeffiones relinquerent, cum utique deducti per ficcum mare ad repromiffionis gaudia pervenirent. At illi hac fpe capti omne opus proprium neglegebant, contemnentes etiam poffeffiones fuas & dimittentes eas quibufcumque perfonis. Cumque veniffet dies quam defignaverat feductor ille Iudæus, eo præcedente fequebantur omnes cum coniugibus & parvis ætatibus, deduxitque eos ad quandam rupem declivius incumbentem iuffitque ut comarum fchemate femetipfos involverent. Hoc ergo faciebant priores & cum venirent ad rupes, repente moriebantur tam dilacerati acutis rupibus quam in aqua necati. Plus tamen mori potuerunt nifi, Deo providente, quidam viri chriftiani fuperveniffent pifcatores atque negotiatores, qui alios cum necarentur eripientes recreaverunt, tum malum eorum ftultitiæ fentientes, alios ne femetipfos iactu interficerent tenuerunt, nuntiantes eorum mortem qui primo ceciderant. Qui etiam agnofcentes feductionem culpabant fe eo quod facile ei crediffent. Cumque voluiffent illum perimere feductorem, comprehendere nequiverunt, repente namque difparuit deditque fufpi-

cionem, quia fuerit dæmon erroneus humano ſchemate circumamictus. Pro hac itaque paſſione multi tunc Cretenſium Iudæorum ad chriſtianam converſi ſunt fidem. »

[*Hiſt. miſc.*, l. XIV, c. 12 (ed. Eyſſenhardt, pp. 323-324), *quam exſcripſit* Freculphus, *Chronicon*, t. II, l. V, c. 10 (Migne, *Patr. lat.*, CVI, c. 1242).]

« Sub ſpecie Moyſi loquitur nunc demon Ebreis
Devote qui ſuſcipitur ſatis a Fariſeis,
Qui dare dona Dei priſtina ſpondet eis.
Inſula *Creta* fuit, qua predicat ille demon futura,
Omnia quæ narrat, promittit eis valitura,
Spondet eis patriam conciliare ſuam.
« Per mare tranſite ſicco pede, dixit, abite,
« Atque *Iberoſolymam*, me preveniente, redite;
« Omnia quæ ſcribi vultis, habetis ibi. »
Cumque per equoreos fluctus conduxit Ebreos,
Turba ſimul ſequitur; ſpes magna movit Fariſeos,
Inpetus equoreus concito claudit eos.
Parſque reſervata, quam non maris obluit unda,
Fit cito catholica Chriſti babtiſmate munda:
Cetera que periit piſcibus eſca fuit. »

[Godefridus Viterbienſis, *Pantheon* (Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXII, pp. 186-187); cf. Seb. Brandt, *De orig. bon. regum* (Baſ., 1495, in-4, f. Hij *b*).]

(Cf. Socrates, *Hiſt. eccleſ.*, l. VII, c. 38 (Migne, *Patr. gr.*, LXVII, c. 825), *quem exſcripſit* Caſſiodorus, *Hiſt. tripartita*, l. XII, c. 7 (Migne, *Patr. lat.*, LXIX, c. 1210); Jean de Nikiou, *Chron.*, c. 86 (ed. Zotenberg, pp. 103-104; & *Catal. des mſſ. éthiop. de la Bibl. Nat. de Paris*, p. 234); Georges Ibn Al-Amîd (Elmakin), *Chronique* (*mſ. de la Bibl. Nat. de Paris*, ſuppl. arab., nº 751, f. 229).)

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diverſa*.)

439. Theodosii II et Valentiniani III impp. lex qua Iudæi prohibentur Christianos circumcidere.

[*Codex*, l. I, tit. IX, 16 (ed. Galiſſet, c. 65).]

439. Theodosii II et Valentiniani III impp. lex de prohibitis Iudæis dignitatibus.

[*Codex*, l. I, tit. IX, 19 (ed. Galiſſet, c. 65).]

ant. a. 440 SS. MARANA & CYRA, *mulieres.* (188)

[Theodoretus Cyrenfis, *Hift. relig.*, c. 29 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXII, c. 1492); cf. *AA. SS. Boll.*, Aug. I, 226.]

(Cf. *Itinera græca, I.*]

c. 440 *S. EUCHERIUS.* (xxxiv)

« *De locis aliquibus fanctis.* »

[Editum fupra t. I, pp. 49-54.]

c. 440 MONACHUS *quidam ex Acœmetorum in Bithynia monafterio.* (189)

[Anonymus, *Vita f. Ioannis Calybitæ*, c. 1 (*cuius verf. lat.* ap. *AA. SS. Boll.*, Ian. I, pp. 1031, 1032); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Ioannis Calybitæ*, c. 2 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 568).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 443 VLACIANUS, *Edeffenus cenobita.* (190)

[Michel le Syrien, *Chron.*, *ex verbis Iohannis monachi*, *Petri Iberi*, *difcipuli* (tr. Langlois, pp. 154, 155).]

(Cf. *Itinera diverfa.*)

444-445. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

[Manfi, *Concilia*, VI, c. 465.]

444 EUDOXIA AUGUSTA, *altera vice.* (191)

« Et quia fecretius mihi clementiffimus imperator per filium noftrum Paulum mandare dignatus eft, de admonenda filia noftra clementiffima Eudocia [tunc in *Palæftina* morante], feci quod voluit, ut litteris quam fructuofum ipfi foret, fi catholicæ fidei faveret agnofceret, & ut clementiffimi principis filij fui litteris fuper hoc admoneretur, obtinui; non ambigens ipfam quoque pio ftudio elaboraturam ut auctores feditionum propofitum fuæ profeffionis agnofcant, & fi non intelligunt docentium prædicationem, faltem vindicantium timeant poteftatem. »

[Leo Magnus, *Epiftola* CXVII (21 mart. 453), *ad Iulianum epifcopum Coenfem* (Migne, *Patr. lat.*, LIV, c. 1038).]

« Et ideo cum falutationis officio, quo femper mihi eft veftra honoranda clementia, obfecro Dominum ut me de tua

incolomitate lætificet, & caufam fidei, in qua quorumdam intra provinciam *Palæftinam* monachorum fuerant corda turbata, magis magifque per vos faciat adiuvari; ut quantum pietatis tuæ ftudio fieri poteft, hæreticæ perverfitati omnis fiducia fubtrahatur. »

[Leo Magnus, *Epiftola* CXXIII (15 iun. 453), *ad Eudoxiam* (*tunc in Pal. morantem*) (Migne, *Patr. lat.*, LIV, c. 1060).]

« Severum prefbyterum & Ioannem diaconum, Eudoxiæ reginæ apud *Æliam* urbem miniftrantes, miffus ab imperatore Theodofio Saturninus comes domefticorum occidit. Eudoxia, nefcio quo excita dolore, Saturninum protinus obtruncavit, ftatimque imperatoris nutu, regiis fpoliata miniftris, apud *Æliam* civitatem moritura remanfit. »

[Marcellinus comes, *Chronicon*, ad ann. 444 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 927).]

(Cf. Cyrillus Scythopol., *Vita f. Euthymij* (Pouget, *Analecta græca*, pp. 55, 63 & f., 72, 73, 74); Theodorus Lector, *Hift. ecclef.*, l. I, c. 1 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 165), *quem exfcripfit* Nicephorus Calliftus, *Hift. ecclef.*, l. XIV, cc. 2, 49, 50, l. XV, cc. 9, 12, 13 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVI, c. 1233, CXLVII, cc. 29, 40, 41); Evagrius, *Hift. ecclef.*, l. I, cc. 21, 22 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, cc. 2476, 2484); Anonymus, *Arcadij & Theodofij II res geftæ* (ap. A. Maï, *Spicilegium romanum*, t. II, pars 3, pp. 18-19); J. Malalas, *Chronographia*, l. XIV (Migne, *Patr. gr.*, XCVII, c. 532); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5942 (ed. Bonn., I, p. 157); cf. Idem, ad ann. 5945, 5949 (ibid., pp. 165, 169), *quem exfcripfit* Anaftafius Biblioth., *Hift. ecclef.*, ad ann. 5940 (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1232); *Chron. Pafchale*, Olymp. 306 (ed. Bonn., p. 585); Georgius Hamartolus, *Chronicon*, l. IV, c. 206 (Migne, *Patr. gr.*, CX, c. 745); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Euthymij*, cc. 73, 82, 84 & f. (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, cc. 657, 664, 668 & f.); Zonaras, *Annales* (ed. H. Valefius, Bafil., 1557, t. III, p. 37); Cedrenus, *Hiftoriarum compendium* (ed. Bonn., I, pp. 591, 607); Glycas, *Annales*, pars IV (ed. Bonn., p. 484); Manaffes, *Compendium Chronic.*, verf. 2696-2701 (ed. Bonn., p. 117); Ephræmius, *Imperatorum & patriarcharum recenfus*, v. 721-724 (ed. Bonn., p. 38); Eutychius, Alexandrinus patriarcha, *Annales*, ed. Selden & Pococke (Oxoniæ, 1659, in-4), t. II, pp. 90 & 98; Jean de Nikiou, *Chronicon*, c. 87 (ed. Zotenberg, p. 108, & *Catalogue des mff. éthiop. de la Bibl. nat. de Paris*, p. 234); *narrat idem Cyrillum, Alexandrinum patriarcham, iuffu Theodofij imperatoris, Eudoxiam comitatum fuiffe Hierofolymam ufque*).

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diverfa.*)

444 SEVERUS *presbyter* & IOHANNES *diaconus* (*cum Eudoxia augusta altera vice peregrinante Hierosolymam*). (192)

[Marcellinus comes, *Chron.*, ad ann. 444 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 927); cf. supra nº 190.]

(Cf. Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5942 (ed. Bonn., I, p. 155); Cedrenus, *Historiarum compendium* (ed. Bonn., I, p. 601, 602, & *Itinera græca*, I.)

c. 445** IACOBUS *ex Britannia, archiepiscopus fit Antiochenus.* (193)

« Exeunte itaque beato Cyriaco papa de Urbe cum prædictis virginibus [S. Ursula cum sociis] secutus est ipsum Vincentius presbyter cardinalis & Iacobus qui de *Britannia*, patria sua, in *Antiochiam* profectus, archiepiscopatus ibi septem annis dignitatem tenuit. »

502. Terræ motus in Syria et Phœnicia; Ptolemais, Acon, Tyrus, Sidon, Berytus et Neocæsarea corruunt.

[Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 5995 (ed. Bonn., I, p. 222); Cedrenus, *Hist. compend.* (ed. Bonn., I, p. 628). — Iosue Stylites, *Chronicon* ad ann. 813 (Jos. S. Assemanus, *Biblioth. Orient. Clem.-Vat.*, I, p. 272); Dionysius, Iacobitar. patriarcha,

Chronicon ad ann. 813 (*ibid.*, p. 272, not. 3); cf. *Chron. Edeſſenum* ad ann. 813 (*ibid.*, I, p. 407).]

502 ANONYMI *quidam, forte ex Edeſſa.* (263)

[Iofue Stylites, *Chronicon* ad. ann. 813 (J. S. Affemanus, *Bibliotheca Or. Clem.-Vat.*, I, p. 272).]

(Cf. *Itinera diverſa.*)

ante 505 ANONYMI *quidam, eleemoſynas ab Urbicio eunucho, Edeſſeno, pauperibus & eccleſiis Hieroſolymitanis miſſas, ferentes.* (264)

[Iofue Stylites, *Chronicon* ad ann. 816 (J. S. Affemanus, *Bibl. Or. Clem.-Vat.*, I, p. 281).]

(Cf. *Itinera diverſa.*)

c. 505 S. IOHANNES CHUZIBITA, *Ægyptius, epiſcopus Cæſarienſis.* (265)

[Evagrius, *Hiſt. eccleſ.*, l. IV, c. 7 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2715), *quem exſcripſit* Nicephorus Calliftus, *Hiſt. eccleſ.*, l. XVII, c. 4 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 228); Iohannes Mofchus, *Pratum ſpirituale*, c. 25 (Ducæus, *Biblioth. vet. patr.*, t. II, p. 1065); *Menologium Græcorum* (ed. Albani, I, p. 149); cf. Cyrillus Scythopol., *Vita ſ. Sabæ*, cc. 44, 61 (Cotelerius, *Eccl. græc. mon.*, III, pp. 288, 327, & *AA. SS. Boll.*, 28 Oct., XII., pp. 587 & f.); Simeon Metaphraftes, *Vita ſ. Sabæ*, c. 61 (*cuius verſ. lat. ap.* Surium, *Vitæ ſanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 861).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 505 APHRODISIUS, *in monaſterio S. Theodoſij monachus.* (266)

[Cyrillus Scythopol., *Vita ſ. Sabæ* (Cotelerius, *Eccleſ. græc. mon.*, III, p. 287); Simeon Metaphraftes, *Vita ſ. Sabæ*, c. 61 (*cuius verſ. lat. ap.* Surium, *Vitæ ſanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 861).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 505 BARSANUPHIUS, *Ægyptius, in monaſterio quodam prope Gazam monachus.* (267)

[Evagrius, *Hiſt. eccleſ.*, l. IV, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2764); Nicephorus Callift., *Hiſt. eccleſ.*, l. XVII, c. 22 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 273); cf. *AA. SS. Boll.*, Apr. II, pp. 22 & f., *ubi Barſanuphij vita latina fabuloſa, ſæc. XII a clerico quodam eccleſiæ Oritanæ ſcripta, recenſetur.*]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 505 ANTHIMUS, *ex Bithynia.* (268)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 43 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 286); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 60 (*ubi pro* Bithynia, Bethania *legitur*) (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 860).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

506 IOANNES *Amidensis, physicus, Petræ Palæstinæ exul.* (269)

[Ioh. Malalas, *Chronogr.*, l. XVI (ed. Bonn., p. 395); Theophanes, *Chronogr.* ad ann. 5999 (ed. Bonn., I, p. 231); Cedrenus, *Hist. compend.* (ed. Bonn., I, p. 629).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

507 ** EPIPHANIUS, *episcopus Nannetensis.* (270)

[*De peregrino isto, qui Nannetum reliquias quasdam s. Stephani e Terra Sancta attulisse fertur, nullum reperimus testem præter* Bartholomæum Roger (+ 1676), (*Histoire d'Anjou*, *Revue d'Anjou*, 1852, t. I, p. 47, n. 1.); cf. D. Chamard, *Vie des SS. de l'Anjou*, I, 193.]

507. SEDITIO ANTIOCHIÆ: SYNAGOGA IUDÆORUM EVERTITUR.
[Ioh. Malalas, *Chronogr.*, l. XVI (ed. Bonn., p. 396).]

509. CONCILIUM ANTIOCHENUM.
[Mansi, *Concilia*, VIII, c. 347.]

c. 510 STEPHANUS BAR-SUDAILI, *Edessenus.* (271)

[Xenaias Mabugensis, *Epistola ad Abraham & Orestem, presbyteros Edessenos, de Stephano Bar-Sudaili Edesseno* (syriace) (Jos. Simeon Assemanus, *Biblioth. Or. Clem.-Vat.*, t. II, p. 30).]

(Cf. *Itinera diversa.*)

c. 510 Severus, Antiochenus patriarcha. (xxxix.)

[*De crepitibus & tinnitibus qui in Palæstina editi sunt* (*cuius vers. syriacam a* Iacobo, ep. Edesseno, *ineunte sæculo VIII, conscriptam, recens.* J. S. Assemanus, *Bibl. Or. Clem.-Vat.*, t. I, p. 570).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diversa.*)

511. SEVERUS, POSTEA ANTIOCHENUS PATRIARCHA, CUM DUCENTIS MONACHIS EX ELEUTHEROPOLI CONSTANTINOPOLIM ADIT.
[Liberatus, *Breviarium*, c. 19 (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 1033). — *Libellus synod. de synodo Antiochena* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 374); Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 55 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 306); cf. Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2669); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6002 (ed. Bonn., I, p. 233);

Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 77 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ SS.*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 867); Nicephorus Callist., *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 29 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 176).]

511 EUTROPIUS *tribunus qui Anastasij imp. epistolam Heliæ, Hierosol. patr., attulit.* (272)

[*Libellus synodicus de synodo Sidonia* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 374); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 5999, 6003 (ed. Bonn., I, pp. 233, 236). *Huic epistolæ paulo post respondit Helias*: Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, cc. 50, 52, 56 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, pp. 297, 301, 307), *quem exscripsit* Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, cc. 70, 72, 77 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, pp. 864, 865, 867); Theophanes (*ibid.*). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, p. 139).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diversa*.)

511 (in autumno). PSEUDOSYNODUS SIDONIA.

[Mansi, *Concilia*, VIII, c. 371.]

511 S. THEODOSIUS (*de quo supra ad ann. c.* 456), CHARITANUS & MONACHI *alij ab Helia, Hierosolymitano patriarcha, ad Anastasium imperatorem missi, Hierosolymam redeunt.* (273)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, cc. 50, 52 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, pp. 297-300), *quem exscripsit* Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, cc. 70, 72 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon. 1581, t. VI, pp. 864, 865). *De hac via nihil invenitur in* Vita s. Theodosij. *Sola in hac Vita notantur* (c. XII, par. 49-50) *epistola s. Theodosij ad Anastasium imperatorem & imperatoris responsum* (*AA. SS. Boll.*, Ian., I, pp. 684-701). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, pp. 137, 138).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diversa*.)

ante an. 512 MARSUS, *Romæ causidicus, Mariani sub Anastasio imperatore patricij pater, Eleutheropolim Palæstinæ adit.* (274)

[Suidas, *Lexicon*, t. II, p. 497, ad vocab. Μαριανός.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

512 (maio) S. SABAS (*de quo supra ad ann.* 457) *ab Helia, Hierosolymitano patriarcha, ad Anastasium imperatorem missus, Hierosolymam redit.* (275)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, cc. 54, 55 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, pp. 305, 306, 307); Georgius Hamartolus, *Chron.*, l. IV, c. 115 (Migne, *Patr. gr.*, CX, c. 772); Simeon Metaphrastes, *Vita*

s. Sabæ, cc. 75, 76, 77 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, pp. 866, 867); Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 32 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 180); Codinus, *De signis CP.* (Migne, *Patr. gr.*, CLVII, c. 529). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, pp. 137, 138).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diversa.*)

512 MAMAS, *monachorum aposchistarum circa Eleutheropolim archimandrita, qui cum Severo, Acephalorum principe (postea Antiochiæ patriarcha), Constantinopolim profectus, cum s. Saba Hierosolymam redit.* (276)

[S. Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 55 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, t. III, p. 306); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 77 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 867).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

512. PSEUDOSYNODUS ANTIOCHENA.

[Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 373-375.]

512 (sub fine) SEVERUS (*de quo supra ad ann. c. 480 & 511*), *Constantinopoli aliquamdiu moratus, Antiochiæ patriarcha creatus, in Syriam redit.* (277)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 308), *quem exscripsit* Simeon Metaphr., *Vita s. Sabæ*, c. 77 (*cuius versio lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 867); Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2668), *quem exscripsit* Nicephorus Callist., *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 29 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 176); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6004 (ed. Bonn., I, p. 241). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, p. 141).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diversa.*)

513 FLAVIANUS, *Antiochiæ patriarcha, &* IOHANNES, *Paltensis episcopus, in Petra Palæstinæ exules.* (278)

« Flavianus *Antiochiæ* catholicus patriarcha, & Ioannes *Paltensium* oppidi pontifex, quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerant, in castellum quod *Petra* dicitur, exsules missi sunt.

[Marcellinus comes, *Chronicon*, ad ann. 512 (Migne, *Patr. lat.*, LI, c. 938).]

« Et tamen dum talis esset [Severus], valuit damnare Macedonium & expellere ab *Antiochena* sede Flavianum. Sed nec ipse potitus est episcopatu eius plusquam quinque annis. »

[Liberatus, *Breviarium* (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 1033).]

(Cf. Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, cc. 31, 32 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, cc. 2664, 2665); Ioh. Malalas, *Chron.*, l. XVI (ed. Bonn., p. 400); Ioh. Moschus, *Prat. spirituale*, c. 35 (Ducæus, *Biblioth. vet. patr.*, II, p. 1068); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 6004 (ed. Bonn., I, p. 241), *quem exscripsit* Anastasius Biblioth., *Hist. eccles.*, ad ann. 6001 (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1247); Nicephorus Constantin., *Chronographia brevis* (Migne, *Patr. gr.*, C, c. 1056); Nicephorus Callist., *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 28 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 173) & *Itinera græca*, I).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

513 ANONYMI *synodicas litteras Timothei Constantinopolitani & Severi Antiocheni Hierosolymam afferentes.* (279)

[*Libellus synodicus de CP. synodo* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 375); *Libellus synod. de Hierosolymitana synodo* (Id., c. 375); Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 308); Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2669), *quem exscripsit* Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVI, cc. 30, 34 (Migne, *Patr. gr.*, XLVII, cc. 176, 185); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 77 (*cuius versio lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 867).]
(Cf. *Itinera græca*, I.)

513. SEDITIO MONACHORUM ORTHODOXORUM HIEROSOLYMIS.

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 312); Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, c. 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2669); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6004, 6005 (ed. Bonn., I, pp. 241, 244, 245), *quem exscripsit* Anastasius Biblioth., *Hist. eccles.* (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1248); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 79 & s. (*cuius versio lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 868); Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 30 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 185). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, t. II, p. 141).]

513. EPISTOLA MONACHORUM PALÆSTINÆ AD ALCISONEM EPISCOPUM NICOPOLIS IN EPIRO.

[Evagrius, *Hist. eccles.*, l. III, cc. 31, 33 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2657, 2669); Nicephorus Callist., *Hist. eccles.*, l. XVI, cc. 28, 30 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, cc. 172, 176).]

513. OLYMPIUS CÆSARIENSIS, PALÆSTINÆ PRÆFECTUS, ANASTASII IMPERATORIS IUSSU HIEROSOLYMAM ADIT, HELIAM PATRIARCHAM IN EXSILIUM RELEGAT, ET IOANNEM, CRUCIS CUSTODEM, LOCO EIUS SUBROGAT.

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 310); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 78 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon.,

1581, t. VI, p. 868); Nicephorus Callift., *Hift. ecclef.*, l. XXI, c. 34 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 188). Cf. Victor Tununenfis, *Chron.*, ad ann. 509 (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 950); Ioh. Mofchus, *Prat. fpirituale*, c. 35 (Ducæus, *Biblioth. vet. patr.*, II, pag. 1068); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6004 (ed. Bonn, I, p. 241). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, pp. 141-142).]

513. *ALAMUNDAR, SARACENORUM DUX, FIT CHRISTIANUS.

[Victor Tununenfis, *Chron.*, ad ann. 512 (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 951); *Hift. mifcella*, l. XVII, c. 12 (ed. Eyffenhardt, p. 353). — Theodorus Lector, *Hift. ecclef.*, l. II, c. 35 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 203); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6005 (ed. Bonn., I, p. 246); Cedrenus, *Hift. compend.*, ed. Bonn., I, p. 631); Nicephorus Calliftus, *Hift. ecclef.*, l. XVI, c. 35 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 193); Ephræmius, *Imperat. & patr. recenfus*, v. 1068 (ed. Bonn., p. 52). — Aboulféda, *Géographie*, tab. VIII, fub verbo Hirah (tr. Reifke, 1770, p. 257).]

4-515 ANASTASIUS *Pamphilus, dux Palæftinæ creatus.* (280)

[Cyrillus, *Vita f. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Ecclef. græc. mon.*, III, p. 311), *quem exfcripfit* Simeon Metaphraftes, *Vita f. Sabæ*, c. 79 (*cuius verf. lat. ap.* Surium, *Vitæ fanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 868); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 6005 (ed. Bonn., I, p. 244), *quem exfcripfit* Anaftafius Biblioth., *Hift. ecclef.*, ad ann. 6001 (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1248); Nicephorus Calliftus, *Hift. ecclef.*, l. XVI, c. 34 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 188). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, II, p. 143).]

(Cf. *Itinera græca*, I, & *Itinera diverfa.*)

515 HYPATIUS, *nepos Anaftafij Augufti.* (281)

[Cyrillus Scythopol., *Vita f. Sabæ*, c. 56 (Cotelerius, *Ecclef. græc. mon.*, III, p. 312), *quem exfcripfit* Simeon Metaphraftes, *Vita f. Sabæ*, c. 79 (*cuius verf. lat. ap.* Surium, *Vitæ fanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 868); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 6005 (ed. Bonn., I, p. 245), *quem exfcripfit* Anaftafius Biblioth., *Hift. ecclef.* (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1248).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

515 MONACHORUM CONGREGATIO *Hierofolymis, cui abbates* THEODOSIUS, SIMEON, LONGINUS, S. SABAS, EUTHALES, ALEXANDER, S. CYRIACUS, MAMAS, MONACHORUM *plus quam decem millia, &* ZACHARIAS, *Cæfarienfis confularis, interfuerunt.* (282)

[Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, cc. 56-58 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, pp. 307-320); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, cc. 79-82 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, pp. 868-869); Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVI, c. 34 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 186) & *alij plurimi fontes quos indicatos reperies ap.* Couret, *La Palestine sous les emp. grecs* (Grenoble, 1869, 8°), pp. 162-167.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

515. IOANNES, ALEXANDRIÆ PATRIARCHA, ÆGYPTIOS HIEROSOLYMAM ADIRE PROHIBET, NE, IN SANCTÆ CRUCIS EXALTATIONIS FESTO, CHALCEDONENSIS SYNODI PATRIBUS COMMUNICENT.

[Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 6005 (ed. Bonn., I, p. 244), *quem exscripsit* Anastasius Biblioth., *Hist. eccles.* (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1248).]

514-515 **ARTHURUS MAGNUS, *rex Britanniæ*. (283)

« Nam Artur *Ierosolimam* perrexit, & ibi crucem ad quantitatem salutiferæ crucis fecit, & ibi consecrata est; & per tres continuos dies ieiunavit, vigilavit, & oravit coram cruce Dominica, ut ei Dominus victoriam daret per hoc signum de paganis; quod & factum est: atque secum imaginem sanctæ Mariæ detulit, cuius fracturæ adhuc apud *Wedale* in magna veneratione servantur. »

[Nennius, *Historia de sex ætatibus mundi*, c. 63 (*sæc. XII interpolata*) (*Mon. hist. Britann.*, I, p. 73).]

« Après avient, sour l'an v^c & x. que ly roy Artus mandat en *Saxongne* Paris, & en *Lonnois* Tristan & ses barons de la tauble reonde, qui vinrent tout a grant gens; car adont n'estoit Tristant encore de la tauble reonde, & Paris n'en fut onques. Et chu estoit por entreir en la terre de *Affrique*, où sainte Engliese estoit forminée por gens qui astoient nommeis Wandaliens les restaureis. Contre ches Wandaliens soy combatirent ches Bretons, mains les Wandaliens furent tantoist desconfis, car Paris, Artus, Tristant, Blioberis, Lanchelos & tous les altres faisoient si grant effort, que riens ne demoroit contre leurs corps. Adont s'enfuirent les Wandaliens tous desbareteis, & li roy Artus fist les englieses refaire, & y donnat grans biens d'or & d'argent; & fut ceste batalhe l'an deseurdit en mois d'octembre. Après s'en alerent & chevalcherent ly roy Artus & toute sa compangnie vers la terre de *Surie*, & le commencharent à destruire & à ardre; mains les

gens ſoy aſſemblarent & orent batalhe a eaux, mains les Suriiens furent deſconfis & s'enfuirent, for l'an vᶜ & xj. en mois d'avrilh. Et puis entrarent plus avant vers *Antyoche* & l'aſſegarent en mois de may, où ilh ſeirent viij. mois anchois qu'elle fuſt priſe, & orent pluſeurs batalhes ly unc a l'autre. En cel an en mois de ſeptembre, morut Julien, ly roy de *Hongrie*; ſi regnat Prian, ſon fis, après luy lviij. [ans], & fut bon chevalier ſolonc ſa loy. En cel an en mois de jenvier, conquiſent les Bretons la citeit de *Antyoche* & le deſtrurent tout; & la cauſe fut por les hereſies Pire & Laurent, eveſques, qui aſtoient del tout contre la foid catholique. Après gangnat ly roy Artus pluſeurs citeis & pluſeurs caſteals en *Surie*, & oit pluſeurs batalhes contre les gens de chi paiis, & oit li roy Artus toudis victoir. Si avient qu'ilh aſſegat la citeit de *Iheruſalem*, & deſt que ceſt citeit ne devoit mie eſtre governée par les Saraſiens, mains par les Criſtiens, & li digne ſepulcre ne devoit mie eſtre gardeis par les meſcreans. Et fut ladit citeit aſſegiet l'an vᶜ & xij., en mois d'avrilh. Item en cel an, le xxvᵉ jour de jule, fut teile muet de terre qu'ilh chait xxij. citeis & xxxvj. caſteais en *Aiſe le Grande*.....

« Sour l'an vᶜ & xiiij., en mois de june, priſt ly roy Artus la citeit de *Iheruſalem*, où ilh avoit fait le ſiege xiiij. mois, & le vuidat toute de la loy ſaraſine, & y miſt dedens des bons Criſtiens, qui nettement gardoient le Sepulcre & y demoront enſſi longtems. »

[Iean des Preis, dit d'Outremeuſe, *Ly mireur des hiſtores*, l. I (*Collection de chroniques Belges*, t. II, p. 214).]

514-518. Fames, mortalitas magna, locustæ in Palæstina.

[Cyrillus Scythopol., *Vitæ ſ. Sabæ*, cc. 58, 66, 67 (Cotelerius, *Eccleſ. græc. mon.*, t. III, pp. 321, 333, 334); Simeon Metaphraſtes, *Vita ſ. Sabæ*, cc. 82, 88, 89 (*cuius verſ. lat. ap.* Surium, *Vitæ ſanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, pp. 869, 872, 873).]

515-518. Universi archimandritæ et monachi eremi trans Palæstinam et Iordanem fluvium Anastasio imperatori scribunt pro statu Chalcedonensis synodi et adversus impietates Severi Antiocheni patriarchæ.

[Victor Tununenſis, *Chronicon* (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 951). — Cyrillus Scythopol., *Vita ſ. Sabæ*, c. 57 (Cote-

lerius, *Ecclef. græc. mon.*, III, pp. 313-320), *quem exfcripfit* Simeon Metaphr., *Vita f. Sabæ*, c. 81 (*cuius verf. lat. ap.* Surium, *Vitæ SS.*, ed. Colon., t. IV, pp. 868-869); Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6008 (ed. Bonn., I, p. 250). — Eutychius, *Annales* (tr. Pococke, t. II, p. 144).

517 (apr. 3) LEGATI, *qui f. Hormifdæ papæ epiftolam ad Orientis epifcopos attulerunt.* (284)

[Manfi, *Concilia*, t. VIII, c. 415; cf. Jaffé, nº 501.]

517. SECUNDÆ SYRIÆ ARCHIMANDRITÆ ET MONACHI AD HORMISDAM PAPAM DE IIS, QUÆ PRO FIDE CATHOLICA AB EUTYCHIANISTIS PATIUNTUR, SCRIBUNT.

[*Relatio archimandritarum & monach. Syriæ fecundæ* (Manfi, *Concilia*, VIII, cc. 425-429).]

ante an. 518 STEPHANUS, *Arabs*, *poftea abbas S. Euthymij*, & PROCOPIUS, *frater eius.* (285)

[Cyrillus Scythopol., *Vita f. Sabæ*, c. 60 (Cotelerius, *Ecclef. græc. monum.*, III, p. 324); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Euthymij*, c. 126 (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 704); cf. Id., *Vita f. Sabæ*, c. 83 (*cuius verf. lat. ap.* Surium, *Vitæ SS.*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 870).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

518 (febr. 10) LEGATI, *qui f. Hormifdæ papæ epiftolam ad prefbyteros, diaconos & archimandritas fecundæ Syriæ attulerunt.* (286)

[Manfi, *Concilia*, t. VIII, c. 1023; cf. Jaffé, nº 512.]

518 **S. DAVID, *archiepifcopus Menevenfis in Wallia*, S. TELIAUS *feu* ELIUD, *poftea epifcopus Landavenfis in Wallia*, S. PATERNUS, *poftea epifcopus Venetenfis in Armorica.* (287)

« Quadam nocte angelus f. Dewi apparens, ait: « Craftina die cingens & calceans te, *Ierufalem* peregre proficifcens, « optatam carpe viam, fed & alios duos comites vocabo: Eliud « fcilicet, qui nunc Telion vulgo nominatur, qui quondam eius « monafterio interfuit monachus, & Paternum cuius virtutes in « fua continentur hiftoria ». Sanctus autem pater admirans imperij præceptum, dixit: « Quomodo hoc fieret? Nam quos « promittis focios, trium vel amplius dierum fpatio a nobis vel « a femetipfis diftant: nequaquam ergo craftina conveniremus « die. » Cui Angelus: « Ego hac nocte ad quemlibet illorum va- « dam: & ad condictum, quod tibi modo oftendo, convenient. »

Sanctus autem nihil moratus, dispositis cellulæ utilitatibus, accepta fratrum benedictione, primo mane incepit iter, pervenit ad condictum, reperit ibi præmissos fratres, pariterque intrant viam: una illis anima, una lætitia, unus dolor. Cum autem trans mare *Britannicum* vecti, *Gallias* adirent, ac alienas diversarum gentium linguas audirent, linguarum gratia, sicut apostolicus ille cœtus, ditatus est David pater, ut ne in extraneis degentes gentibus, interprete egerent. Tandem vero ad optatæ civitatis *Ierusalem* confinia pervenerunt. Nocte autem ante eorum adventum patriarchæ in somnis apparuit angelus, dicens: « Tres ab *Occidentis* finibus catholici adve« niunt viri, quos cum gaudio suscipiens, mihi in episcopatum « benedicendo consecrabis.» Patriarcha vero tres honoratissimas paravit sedes. Advenientibus ergo sanctis ad civitatem, magno lætatus gaudio, eos benigne suscipiens paratis sedibus, spirituali colloquio freti, gratias Deo referunt; divina fultus electione ad archiepiscopatum Dewi provehit.

« His peractis, eos alloquens: « Obedite, inquit, voci meæ: « Iudæorum potestas invalescit in christianos: nos commovent, « fidemque repellunt. Ad prædicationem ergo procedite singulis « diebus, ut eorum violentia confutata quiescat, noscens chris« tianam fidem ultimis terræ finibus divulgatam. » Obediunt imperio, prædicant singuli per singulos dies, fit grata prædicatio, plures convertunt ad fidem, alios roborant: perfectis omnibus patriam conantur redire. Tunc pater Dewi a patriarcha quatuor ditatur muneribus, altari scilicet consecrato, in quo Dominicum sacrabat corpus (quod innumeris virtutibus pollens, nunquam ab hominibus ab eius pontificis obitu visum est, sed pelleis velaminibus tectum absconditum latet), insigni etiam nola, sed & ipsa virtutibus claret, baculo & tunica ex auro texta. Qui baculus gloriosis coruscus miraculis totam insignis prædicatur per patriam. « Sed, inquit patriarcha, quia « laboriosa vobis sunt in itinere ad ferendum, in pace ad « patriam revertimini; ego autem post vos transmittam. » Patri valedicunt, patriam adveniunt. Quisque autem eorum patriarchæ promissum expectantes, per angelos suos missa accipiunt munera. »

[Anonymus, *Vita s. Davidis*, c. 4 (*AA. SS. Boll.*, Mart., I, p. 44); cf. Ricemarchus episcop., *Vita s. Davidis* (ed. W. T. Rees, *Lives of the Cambro-British Saints*, published for the Welsh mss. Society, Lhandovery, 1853, 4°, pp. 135-136), *cuius vers. anglica*, ibid., pp. 437-438.]

« Processu vero temporis crescentibus cum ætate virtutum meritis, nocte quadam in somnis astitit angelus patri David, dicens & firmiter iniungens, ut in crastino mane iter *Ierosolimitanum* incunctanter arriperet, duosque sibi socios & participes tanti laboris adiungeret, Eliud scilicet, qui nunc Teliaus vulgo vocatur, & Paternum; quorum amborum conversatio satis eidem nota fuerat. David autem admirans imperij maturationem, respondit: « Quantum in me est, paratus « sum in omnibus obedire; sed quos mihi comites tam festinos « adiungis, trium dierum spatio & a nobis & ab invicem distant.» Cui angelus: « Ne sollicitus, inquit, super eorum adventu, « quia sine difficultate tibi cras obiter occurrent. » David autem summo mane parens imperiis, dispositis statim fratrum necessitatibus, acceptaque eorumdem benedictione, non magno apparatu, non sumptuoso, continenter iter arripuit. Et non longo progressus itinere, præmissos socios ad eundem secum laborem promtos invenit. Ibant itaque gaudentes, angelicis fulti solatiis; ibant & unanimes; puta quibus omnino fuerat tribus in corporibus tanquam animus unus. Nulla inter eos contentio, nulla disparitas, nulla discordia. Tantum in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus divinisque colloquiis dies & noctes consummabant. Cum autem primo trans mare *Gallicum* & postea *Mediterraneum* navigio vecti, diversas nationum linguas audirent, more apostolico omnium notitiam gratia divinitus indulta omnes habuerunt; quatinus inter alienigenas interprete non indigerent, & fide vacillantes verbo pariter & opere confirmarent. Appropinquantibus autem urbi *Ierosolimitanæ*, nocte proxima ante eorum adventum apparuit patriarchæ in somnis Angelus dicens: « Tres tibi viri ab « occiduis finibus catholici & amici Dei cras advenient. Quos « cum gaudio magno & hospitalitatis gratia benigne suscipias, « & abbatem ipsorum, cui nomen David, Christo in episcopum « & fidei fundatorem consecrabis. » Patriarcha vero post hanc visionem tres sedes honoratissimas summo mane parari iussit, quibus tres personas honore dignissimas honorifice suscepit. Quos cum diebus aliquot gratulanter secum & decentissime tenuisset, patrem David divinitus electum statim consecrando in episcopum debita solennitate provexit. Quibus in hunc modum rite peractis, quoniam ea tempestate *Iudæorum* gentilium furor in christianitatem nimis invaluerat, patriarcha monuit & monitis obtinuit, ut secum in *Orientis* aliquamdiu

partibus verbum Domini feminarent; quatinus & fidei domefticos in fide confirmarent, & infideles atque rebelles ab erroris fui pertinacia revocarent. His igitur omnibus iuxta patriarchæ monita aliquantis gratiofe temporibus & valde efficaciter exactis, cum redeundi denique licentiam vix obtinuiffent, quatuor eos muneribus patriarcha donavit; altari videlicet portatili confecrato, campana baiula, baculo infigni, & tunica ex auro contexta. Sed quoniam tam onerofa quanquam honorifica tam longo labore ferre recufabant, reverfi in patriam angelico minifterio fua quifque dona miraculofe recepit. David quidem in monafterio, cui nomen *Langevelach*, nolam & altare, quæ ambo ufque in hodiernum virtutibus clarent; Paternus autem & Eliud fua fuis monafteriis munera, fignis quoque clarentia, fufceperunt. »

[Giraldus Cambrenfis, *Vita f. Davidis*, lect. VII (Wharton, *Anglia facra*, II, p. 637).]

« Mifit autem Dominus angelum fuum ff. David, Theliao & Paterno, qui *Ierufalem* peregre proficifci & donativa ibi recipere eis præcepit. Tunc illi fine pera & baculo, in Domino tantum confidentes, iter arripiunt, & per diverfas provincias fuæ fanctitatis veftigia relinquentes, occurrentium debilium dolores alleviabant. Cumque in via obfifterent, non tantum fpolia illis pacifice concedebant, fed fi quid prædæ immemores ipfi relinquerent, prædatoribus hilari vultu porrigebant. Illi autem fimplicitatem fanctorum confiderantes, redditis fpoliis, veniam de commiffis poftulabant & ad tuta loca conducebant.

« Ingreffis autem illis *Ierufalem* occurrit omnis populus, pfallens in canticis & hymnis, ufque ad templum Domini eos deducens. Continuatis enim triduo ibi precibus, adeo fupernorum contemplationi vacabant, quod terrenorum immemores penitus erant. Exfpectabat interea totus clerus, attente confiderans, quis fanctorum quam fedem fibi oratione finita eligeret, ut ficut cœlitus per angelum docti erant, in fedium electione notarent quem ceteris illorum prælatum conftituerent. Erant in templo tres cathedræ fenioribus ab antiquis temporibus conftitutæ, quarum inferiorem & magis humilem Theliaus eligens, nobiliores fratribus propter reverentiam dimifit. Quo vifo, omnes qui aderant, in facies fuas proni ca-

dentes coram viro Dei, dixerunt: « Salve, ſanĉte Dei Theliae, « & ut apud Dominum nobis valeant preces tuæ propitius con- « cede, quia hodie plus ceteris confratribus tuis ſublimatus « es, reſidens in ſede Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua patribus « noſtris prædicabat regnum Dei. » Hoc audiens vir Dei cum magno ſtupore ſurrexit, & ſe in terram proſtravit dicens: « Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via pec- « catorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Et « benediĉtus Salvator, qui ſedem ſibi fieri elegit de ligno, qui « per lignum ſuccurrere voluit pereunti mundo. » Rogaverunt ergo eum omnes quatenus ad inſtruĉtionem virtutum para- bolam eis de Chriſto diceret, ut ſicut illum imitatus fuerat in cathedra reſidendo, eum imitaretur verbum Dei prædicando. Qui videns amorem divini verbi flagrare in cordibus eorum, cum linguæ eorum penitus expers fuit, miro modo ſollicitudo & anguſtia premebat eum. Ut tamen populo ſupplicanti & illorum voto ſatisfaceret, ſacras Scripturas exponere cœpit; & unuſquiſque adſtantium illum ſua lingua loquentem audivit. Cumque omnes tanta dulcedine ſermonis illius eſſent affeĉti ut quanto eum diutius audirent, magis illum audire deſidera- rent, ne prædicandi officium videretur præſumere, ſi ſolus prædicaſſet, populo dixit: « Audite iam a fratribus meis verba « vitæ, qui me perfeĉtiores in vita ſunt, & diligentiores in doc- « trina. » Surrexerunt ergo ſ. David & Paternus, & prædicave- runt populo, omnibuſque in ſua lingua perfeĉte intelligen- tibus eos.

« Poſt hæc vero, admonitione angelica, a clero & populo eleĉti pontificali dignitate ſublimati ſunt, & quaſi in teſtimo- nium gratiæ, quam ibi Domino largiente ſuſceperant, data ſunt eis pretioſa tria munera, prout cuique competebat: Paterno baculus & cappa choralis, pretioſo ſerico contexta, eo quod illum cantorem egregium videbant. Sanĉto autem David altare mirificum, nulli bene notum de qua materia fuerat faĉtum: nam iucundius ceteris celebravit. Beato autem Theliao cymbalum dederunt magis famoſum, quam ſit ma- gnum, magis pretioſum, quam pulchrum, quia dulci ſono or- ganum omne videtur excellere, periuros damnat, infirmos curat; & ſingulis horis nullo movente ſonabat, donec peccatis hominum exigentibus, qui illud pollutis manibus temere trac- tabant, a tam dulci obſequio ceſſaret: ſicut enim cymbalum a torpore ſomni & inertiæ cunĉtos ad eccleſiam invitat, ita

ſ. Theliaus, Chriſti præco factus, inceſſanter prædicando, ſubiectos ad cœlum verbo & exemplo incitabat. »

[Anonymus, *Vita ſ. Teliai*, c. 2 (*Act. SS. Boll.*, Febr., II, p. 309); cf. Ioh. Capgrave, *Nova legenda Angliæ* (Lond., 1516, in-f., f. cclxxxj).]

« Obiit autem ſ. David anno Domini quingenteſimo quadrageſimo ſexto, & in *Roſina* valle ſepelitur & lapidem quem a patriarcha Hieroſolymitano in ſua conſecratione acceperat, adhuc vivens eccleſiæ Glaſtonienſi delegavit. »

[Anonymus, *Vita ſ. Patricij* (Ioh. Capgrave, *Nova legenda Angliæ*, Lond., 1516, fol., f. cclxiiij.).]

« Quadam autem nocte, apparuit ei angelus Domini dicens : « Craſtina die percingens, calcia te : *Hieruſalem* uſque « peregre proficiſcens, optatam carpe viam : ſed & alios duos « comites vocabo, Theliaum ſcilicet & Paternum. » Sanctus autem admirans imperij præceptum, dixit : « Quomodo fiet « hoc? Nam quos promittis comites, trium vel eo amplius « dierum ſpacio a nobis ſeparantur? » — « Ego, inquit angelus, « hac nocte ad illos vadam, & huc illos ad te adducam. » Et factum eſt ita. Cum autem alienigenarum linguas audirent, intellectus illarum ſine interprete a Domino collatus eſt. Apparuit autem angelus Domini patriarchæ, dicens : « Tres ab « occidentis finibus viri adveniunt, quos cum gaudio & hoſ- « pitalitatis gratia ſuſcipiens, in epiſcopos conſecrabis. » Patriarcha vero tres honoratiſſimas ſedes paravit, & ſanctos benigne ſuſcipiens, in illis ſedere fecit, & David in archiepiſcopum provexit & ait : « Iudeorum, inquit, poteſtas in chriſ- « tianos invaleſcit, nos commovent, fidem repellunt. Parate « ergo vos ad prædicationem ſingulis diebus, procedite ut « eorum violentia confutata quieſcat. » Prædicant itaque per ſingulos dies intelligentibus eos in ſua lingua univerſis, fit grata prædicatio eorum, plures in fide roborati conveniunt. Patriarcha vero ſanctum David quatuor muneribus ditavit; altari ſcilicet conſecrato, in quo Dominicum conſecrabat corpus, quod innumeris pollens virtutibus nunquam ab hominibus a ſancti David obitu viſum eſt, ſed pelleis velaminibus tectum latet abſconditum. Inſigni etiam nola, ſed & ipſa virtutibus claret. Baculo etiam, auro texta tunica, qui baculus miraculis choruſcus per patriam inſignis prædicatur. « Sed quia, inquit « patriarcha, laborioſa vobis ſunt in itinere ad ferendum, ad

« patriam revertamini in pace: & ego poſt vos illa tranſmit-« tam. » Patri ergo valedicunt, patriam adveniunt, & allata ab angelo Dei munera accipiunt. »

[Anonymus, *Vita ſ. Davidis* (Capgrave, *Nova legenda Angliæ*, Lond., 1516, in-f., f. lxxxiv *b*).]

« Cœleſtis autem nuntius, ad ſ. David in *Roſina* valle veniens, dixit: « Surge & vade in *Hieruſalem*, ut ubi gradum « epiſcopalem ſuſcipias, & adde tibi duos condignos comites, « Paternum videlicet & Teliaum, qui ad eumdem gradum epiſ-« copalem promoveri poſſunt. » Mox autem, miſſis ad illos nuntiis, ſine mora venerunt. Per barbaras autem nationes iter agentes, gratiam linguarum a Domino acceperunt, unumquemque hominem propria lingua, in qua natus fuerat, alloquentes. Ad urbem *Hieruſalem* tandem accedentes, nobiliſſime poſt apoſtolos prædicabant contra Iudæos & hæreſim ibidem ortam: nam unuſquiſque in lingua ſua eos loquentes intelligebant. Per impoſitionem poſtea manus patriarchæ, epiſcopi ordinati ſunt, & muneribus ditati; Paternus quidem tunica ex auro texta & baculo ditatur. Regreſſi autem ad patriam, in tres epiſcopatus Britanniam diviſerunt. »

[Iohannes Tinmonthenſis, *Vita ſ. Paterni* (Capgrave, *Nova legenda Angliæ* [Lond. 1516, in-f.] f. cclix, & *AA. SS. Boll.*, 15 Apr., II, p. 379).]

« Videns Deus ſanctos ſuos tot decoratos eſſe virtutibus, indicavit eos promovendos eſſe eccleſiaſticis dignitatibus. Miſit enim Angelum ſuum ad ſanctos, qui nuntiaret eundum eis eſſe ad ſanctam civitatem *Ieruſalem*, ut ibi ſuæ militiæ donativa reciperent. Sancti vero, Eliud videlicet & David, Deo ſuo per omnia obedientes, non ſunt auſi reſiſtere divino nutui, ſed Paternum virum Deo carum ſibi aſſociantes, & tres in Trinitatis nomine iniunctum ſibi iter incœperunt, ſed non ut multi peregrinorum faciunt, multa adunata pecunia, immo ſine baculo & pera, ſperantes potius in illum, qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis corvorum invocantibus eum. Nec fruſtra ſperantes: Deus enim per fideles ſuos cuncta eis neceſſaria miniſtrabat in tempore. Illuſtrati ſiquidem erant luce cœleſtis gratiæ; ita ut eorum adventus cunctis eſſet acceptabilis, & præſentia ſanitatem præberet infirmis. Reliquerunt itaque per diverſas provincias ſuæ ſanctitatis veſtigia, cunctorum ſibi obviantium alleviando dolores. Cumque perſecutores

in via obſiſterent, non tantum ſpolia illis pacifice concedebant, ſed ſi quid prædæ ipſi immemores relinquerent, prædatoribus hilari vultu porrigebant. Illi autem videntes ſanctorum bonam ſimplicitatem, veniam ſupplicando commiſſorum, non tantum reddebant eis ſua, ſed eos conducebant uſquedum pervenirent ad tuta. Conſummato tandem itineris curſu, *Ieroſolimam* pervenerunt. Quibus civitatem introeuntibus, occurrit omnis populus pſallendo in canticis & hymnis ſuper adventu eorum; & ita cum celebri pompa conducti ſunt in templum Domini. Qui quamvis tanto itinere defatigati fuiſſent, non mollia ſtrata quæſierunt ubi quieſcerent, ſed in nudo templi pavimento proſtrati, triduo preces ſuas continuaverunt, adeo cœleſtia contemplantes quod terrenorum penitus eſſent immemores. Interea totus clerus attente expectabat, qui ſanctorum quam ſedem oratione finita ſibi eligerent, ut in electione ſedium notarent, ſicut cœlitus per Angelum præmoniti fuerant, quem illorum cæteris prælatum conſtituerent.

« Erant in templo ab antiquis temporibus tres cathedræ ſenioribus conſtitutæ. Duæ diverſis metallis & miro artificio fabricatæ, tertia cedrina nihil ornati habens extrinſecus præter hoc quod natura dederat. Quam humilem humilis Eliud elegit ſibi in ſedem, precioſiores concedens fratribus propter reverentiam. Quo viſo omnes illi qui aderant ceciderunt in facies ſuas ante ſanctum Eliud, dicentes: « Salve, ſancte Dei Teliawe, « & concede ut valeant nobis tuæ preces apud Dominum; quia « hodie præ cæteris ſublimatus es confratribus tuis, reſidens in « ſede Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua patribus noſtris prædi- « cabat regnum Dei. » Et rogaverunt eum, quatinus ad inſtructionem virtutum parabolam eis diceret de Chriſto; ut ſicut illum imitatus fuerat in cathedra reſidendo, eundem imitaretur in prædicando. Qui videns amorem divini verbi flagrare in cordibus eorum, miro modo ſollicitabatur, non quod neſciret quod doceret, ſed dubitabat quod rogaverant qualiter eis expediret, cum linguæ illorum penitus expers fuiſſet. Incœpit tamen ſanctus ſacras Scripturas exponere, ut ſatiſfaceret ſupplicanti populo; ita ut unuſquiſque circumaſtantium audirent illum ſua lingua loquentem. Omnes autem qui eum audiebant prædicantem, tanta dulcedine ſermonis illius ſunt affecti, quod in quantum eum diutius audirent, magis magiſque illum audire deſiderarent. Sed tandem poſtquam refecti ſunt univerſi ſaporifera illius doctrina, ne prædicandi officium videretur præſu-

mere, si solus prædicasset, ait populo : « Audite iam a fratribus « meis verba vitæ, qui me perfectiores sunt in vita & diligen- « tiores in doctrina. » Surrexerunt itaque sanctus David & humillimus Dei servus Paternus, & prædicaverunt populo. Sic sancti alterna sua prædicatione quasi diversis ferculis audientium mentes reficiebant, ut si qui eorum prius in fide vacillarent, sanctæ Trinitatis fidem per gratiam prædicationis sanctorum perfectissime tenerent.

« Post hæc, sicut nuntiatum fuerat per angelum, ab universa plebe electi, sublimati sunt pontificali dignitate. Et quasi gratiæ in testimonium, quam ibi Domino largiente susceperant, data sunt eis tria munera preciosa, prout unicuique competebat; Paterno baculus & choralis cappa pretiosissimo serico contexta, eo quod illum egregium cantorem videbant; sancto autem David altare mirificum, nulli bene notum de qua materia fuerat compositum; novissime autem beato pontifici Theliawo, non extremum tamen donorum accessit cimbalum, magis famosum quam sit magnum, magis pretiosum quam sit pulchrum, & dulci sono videtur excellere omne organum. Periuros damnat, infirmos curat; & quod magis videtur mirabile, singulis horis nullo movente sonabat, donec peccato hominum præpediente, qui illud pollutis manibus temere tractabant, a tam dulci obsequio cessavit.

« Sancti Dei supradictis donati muneribus, & utriusque benedictione accepta, cum summa prosperitate reversi sunt in regionem suam. »

[Galfridus & Stephanus Landavensis, *Vita s. Teliai* (Wharton, *Anglia sacra*, II, 663).]

518. Lex, qua Iustinus I omnes ab Anastasio imperatore in exilium pulsos revocari iubebat, Hierosolymæ publicatur.

[S. Cyrillus Scythopol., *Vita s. Sabæ*, c. 60 (Cotelerius, *Eccles. græc. mon.*, III, p. 326); Simeon Metaphrastes, *Vita s. Sabæ*, c. 85 (*cuius vers. lat. ap.* Surium, *Vitæ sanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 871); cf. Theophanes, *Chronogr.*, ad ann. 6011 (ed. Bonn., p. 255).]

518 Synodus Hierosolymitana, *triginta trium episcoporum.* (288)

[Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 577, 578.]

518. 14 sept. Hierosolymis, in festo sanctæ Crucis, homines canina rabie capiuntur.

[Zacharias, ep. Meletinensis, *Historia ecclesf.*, l. VII, c. 14 (J. S. Assemanus, *Biblioth. Or. Clem.-Vat.*, II, p. 60; cf. Migne, *Patr. gr.*, LXXXV, c. 1165).]

518. Supplicatio clericorum et monachorum Antiochiæ ad Iohannem, Constantinop. patriarcham, et synodum congregatam contra Severum.

[Mansi, *Concilia*, VIII, c. 1037.]

518 Legatus *qui Iohannis Constantinopolitani epistolam ad Iohannem Hierosolymitanum attulit.* (289)

[Mansi, *Concilia*, VIII, c. 1065.]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

518. Rescriptum Iohannis, Constantinop. patr., ad Epiphanium, ep. Tyri.

[Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 1035, 1067.]

518. Epistola Iohannis, Hierosolymitani archiepiscopi, ad Iohannem, archiepiscopum Constantinopolitanum.

[*Concilium Constantinop.*, Act. V (Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 1035, 1068).]

518. Epistola Epiphanii, episcopi Tyri, et eorum qui sub eo sunt, ad synodum Constantinopolitanam.

[Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 1035, 1074.]

518. Epistola episcoporum secundæ Syriæ ad Iohannem, archiep. Constantinopolitanum.

[Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 1035, 1094.]

518. Concilium Tyrium.

[Mansi, *Concilia*, VIII, c. 577; cf. J. S. Assemanus, *Bibl. Or. Clem.-Vat.*, II, 18.]

18-523 Legati *qui s. Aviti, episcopi Viennensis, particulam s. Crucis deposcentis, epistolas Iohanni, patriarchæ Hierosolymitano, attulerunt.* (290)

« Unde etiamsi pignus reliquiarum sacræ crucis putamus esse vobiscum, a sancto tamen Æliæ urbis antistite hanc specialiter munificentiam credimus expetendam. Qui revera sacramenti istius veram & inviolabilem puritatem loci administratione conservans, sic desiderabili potens est impertire nos

dono, ut ab omni cunctationis absolvat ambiguo. Qua de re plurimum pagina famulante deposco, ut ad præfatæ ecclesiæ sacerdotem litteras apostolatus vester tribuat portitori: quatenus gemina nobis veniat benedictione firmamentum, quod ecclesiarum præeminentium mundo, vel consulta sedis vestræ auctoritas respondebit, vel humanitas illius obsecrata porrexerit. »

[S. Avitus, *Epistola* XVIII, *ad Symmachum papam* (?); cf. *Epistola* XXIII, *ad Iohannem Hierosol.* (Migne, *Patr. lat.*, LIX, cc. 236, 239).]

519. Ecclesiæ Antiochena et Hierosolymitana, annis abhinc xxxiii cum Romana disceptantes, in eius communionem redeunt.

[Hormisdas, *Epistolæ* XXVII, *ad Iustinum I Augustum*; XXXI, *ad Iustinianum Aug.*; XXXII, *ad Iustinum Aug.*; XXXIII, *ad Euphemiam Aug.*; XLIV, *ad Iustinum Aug.*; XLV, *ad Iohannem, ep. Constantinop.*; LIII, LIV, *ad Dioscorum diaconum*; LXIV, *ad Iohannem, ep. Melicitanum*; LXV, *ad episcopos Hispaniæ* (Mansi, *Concilia*, t. VIII, cc. 434, 440, 442, 444, 462, 463, 469, 478); Iustinus I Aug., *Epistolæ ad Hormisdam papam* (Mansi, *Concilia*, VIII, cc. 435, 456); Iustinianus Aug., *Epistola ad Hormisdam papam* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 438); Iohannes, ep. Constantinop., *Relationes ad Hormisdam papam*; *Libellus ad eumdem* (Mansi, *Concilia*, t. VIII, cc. 436, 451, 457); Pompeius, *Epistola ad Hormisdam* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 458); Theodoritus, ep. Lignidensis, *Epistola ad Hormisdam papam* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 460); Dioscorus diaconus, *Suggestio* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 479); *Exemplum precum ab abbatibus & clericis Hierosolymitanis, Antiochenis & secundæ Syriæ, ad Iustinum Aug.* (Mansi, *Concilia*, VIII, c. 510); Facundus, ep. Hermianensis, *Liber contra Mocianum* (Migne, *Patr. lat.*, LXVII, c. 857); Liberatus, *Breviarium*, c. 19 (Migne, *Patr. lat.*, LXVIII, c. 1033). — Cf. Evagrius, *Hist. eccles.*, l. IV, c. 4 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2708); Ioh. Malalas, *Chronographia*, l. XVII (ed. Bonn., p. 411); Theophanes, *Chronographia*, ad ann. 6011 (ed. Bonn., I, p. 255), *quem exscripsit* Anastasius Biblioth., *Hist. eccles.*, ad ann. 6011 (Migne, *Patr. gr.*, CVIII, c. 1243); Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVII, c. 2 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 224). — Xenaias Mabugensis, *Epistola ad monachos Senunenses prope Edessam de fide & incarnatione* (J. S. Assemanus, *Biblioth. Or. Clem.-Vat.*, t. II, pp. 38 & seq., præsertim p. 43).]

519. *Magnum incendium Antiochiæ.

[Michel le Syrien, *Chron.* (tr. Langlois, p. 177); *nihil de hoc incendio apud alios auctores invenimus.*]

520. DEPRECATIO ET SUPPLICATIO AB HIEROSOLYMITANIS, ANTIOCHENIS ET SECUNDÆ SYRIÆ CLERICIS ET ABBATIBUS ET POSSESSORIBUS SYRIÆ PROVINCIÆ AD IUSTINUM I, IMPERATOREM, QUA AD UNITATEM ECCLESIÆ ADMITTI ROGANT.

[*Inter* Hormifdæ papæ *Epiftolas* (Manfi, *Concilia*, VIII, cc. 510-512).]

520 LEONTIUS *Byzantinus, Novæ Lauræ in Palæftina monachus.* (291)

[Cyrillus Scythopol., *Vita f. Sabæ*, c. 72; cf. c. 36 (Cotelerius, *Ecclef. græc. mon.*, III, p. 344; cf. pp. 274-275); Id., *Vita f. Cyriaci*, c. II, §§ 11, 13 (*AA. SS. Boll.*, Sept. VIII, pp. 152, 153); Simeon Metaphraftes, *Vita f. Sabæ*, c. 95; cf. c. 50 (*cuius verf. lat. ap.* Surium, *Vitæ fanctorum*, ed. Colon., 1581, t. VI, p. 875; cf. p. 857); Id., *Vita f. Cyriaci* (Migne, *Patr. gr.*, CXIV, c. 932). — *Refert* Cyrillus Scythopol. (*Vita f. Sabæ*, c. 72) *Leontium Byzantinum cum Nonno Palæftino Novam Lauram adiiffe, iam mortuo Agapeto abbate, qui anno* 520 *obiit. Capitulo vero* 36 *eiufdem operis narrat Nonnum cum tribus monachis, quorum nomina tacet, Novam Lauram tempore Pauli abbatis, id eft anno* 515, *habitaffe. Ab Agapeto, Pauli fucceffore, e monafterio expulfus, poft illius mortem iterum cum fociis receptus eft. Unde coniicimus Leontium, quum alterâ vice Nonnus Novam Lauram adierit, illum comitatum effe.*

(Cf. *Itinera græca*, I.)

520 MARAS, *Amidenfis epifcopus*, SAMONA & NONNA, *forores eius*, ISIDORUS, *Canfarinorum epifcopus, in Petra Palæftinæ exfules.* (292)

[Dionyfius, Iacobitarum patriarcha, *Chronicon*, *ex* Iohanne, epifcopo Afiæ, *qui c.* 570 *obiit* (Jof. Simeon Affemanus, *Biblioth. Or. Clem.-Vat.*, t. II, pp. 49 & feq.).]

(Cf. *Itinera diverfa.*)

520 *ANONYMUS, *Meccæ urbis incola, qui Syriam mercandi caufa adibat.* (293)

[Tabari, *Chron.*, pars II, c. 66 (tr. Zotenberg, t. II, p. 375).]

(Cf. *Itinera arabica.*)

520 *PETRUS *de Carthagine.* (294)

« Epiftolam, fili Petre, tuæ caritatis accepi, in qua te fignificafti velle *Hierofolymam* pergere. »

[Fulgentius, *De fide* (Migne, *Patr. lat.*, LXV, c. 671).]

c. 520 * PARDUS, *Romanus, in monasterio S. Theodosij monachus.* (295)

[I. Moschus, *Prat. spirituale*, c. 101 (Ducæus, *Biblioth. vet. patr.*, II, p. 1098).]

(Cf. *Itinera græca*, I.)

c. 520-535. * FONS SILOE PER QUINDECIM ANNOS EXSICCATUR; URBS BAALBEK, A SALOMONE REGE IN LIBANO MONTE ÆDIFICATA, IGNE CŒLESTI PERCUSSA, INCENDITUR.

[Michel le Syrien, *Chron.* (tr. Langlois, p. 180); Mkithar d'Airivank, *Histoire chronologique* (tr. Brosset, St-Pétersb., 1869, p. 71).]

522. * CABADES, PERSARUM REX, MESOPOTAMIAM INVADIT ET ANTIOCHIAM USQUE TERRAS ROMANORUM VASTAT.

[Michel le Syrien, *Chron.* (tr. Langlois, p. 179). *Auctores multi, qui de bello inter Cabadem & Iustinum* I, *imperatorem, locuti sunt, de hac Antiochiam usque invasione silent.*

525 S. ZOZIMAS, *ex Phœnicia.* (296)

[Evagrius, *Hist. eccles.*, l. IV, c. 7 (Migne, *Patr. gr.*, LXXXVI, c. 2713), *quem exscripsit* Nicephorus Callistus, *Hist. eccles.*, l. XVII, c. 4 (Migne, *Patr. gr.*, CXLVII, c. 227).]

